

www.e-rara.ch

**Ioannis Baptistae Piranesii ... De Romanorum magnificentia et
architectura =**

Piranesi, Giovanni Battista

Romae, 1761

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 1311

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-13753>

[LIX. - CXVII.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

civitatem a Cain exstructam, & ab eo de nomine filii sui Henoch adpellatam nos docent⁽¹⁾. Ab Adæ vero prævaricatione ad urbem hanc conditam, Caino jam senescente, quæ per tam longum temporis spatium fuerit eorum habitandi ratio, sub pellibusne agerent, an in mapalibus, & speluncis, incompertum est: suspicari tamen possumus, aliquod ædificii genus fuisse jam tum in usu, cum Henochia posita est, quam & muro constitisse aliqui sentiunt, quo se ab aliorum metu Cain tueretur: nec is tam facile excogitasset conjuncta Henochiæ domicilia, nisi prius vidisset dispersa; ædificatam enim illam ajunt sacræ literæ: quæ vox nec de sola materia intelligi ita commode potest, nec de tentoriis in unum locum collectis; quis enim militum castra, licet tabernaculis referta fuerint, & fossa valloque muniantur, civitates ædificatas adpellaverit, eisque nomen perpetuo mansurum imponat? Certe post diluvium aliæ memorantur in Oriente urbes conditæ, quas ligneis tabulatis exstructas, aut tentoriis, adfirmare non facile possumus; cum constet, civitatem, & turrim, quæ Babel dicta est, ædificari ceptam fuisse in campo Sennaar⁽²⁾ lateribus coctis & bitumine, loco saxorum & cæmenti, quæ fortasse deerant in eo loco. Hæc igitur ædificandi ratio saxi & cæmenti structoribus illis, ut videtur, nota jam erat, quam a Noëmo, ejusque filiis acceperant, a quibus ducebant originem. Eam vero post linguarum confusionem, & intermissam turris structuram, cum inde in omnes terras dispergerentur, secum transtulerunt una cum primis aliquarum artium notionibus, quæ Adæ a Deo traditæ in posteros promanarunt. Quod igitur in ruderibus accidit, ut enatam in iis ilicem, aut aliam arborem videamus, quam si murus ille jactaret tamquam a se progenitam, impudens videretur, cum ejus satio aut a ventis, aut ab avibus illuc accedentibus facta sit; ita architectura, quæ vel in Græcia, vel alibi floruit, & pleraque artium inventa, quæ necessariae ad vitam sunt, repeti debent ab iis veluti seminibus, quæ, una cum Noëmica posteritate varie dispersa per terras, fructum ediderunt. Neque id eo dico, quod quidquam novi deinceps excogitatum, aut jam inventis additum negem; scio enim, quantum semper Divinæ Providentiæ instinctu humanum ingenium valuerit, & industria; sed ne aut Græci, aut Etrusci, aut alii quicumque sint, de se ipsis, quasi nihil ab aliis acceperint, gloriantur, & quod bonorum omnium auctori Deo debetur, nobis temere tribuamus.

LIX. Verum quidem est, hæc ipsa architecturæ semina alia alibi conditione aut uberius germinasse, & ad quamdam pervenisse maturitatem, ut in Chaldea, & finitimis regionibus, ubi bonæ artes post diluvium, tamquam in patriis majorum sedibus, altæ fuerunt & restitutæ, quamdiu hæc nationes opibus & imperio claruerunt; aut fere penitus exaruisse inscitia hominum & inopia, ubi populi agerent pastores, & rustici, aut saltuosa loca incolerent, & minime fructuosa. De his loquutum opinor Vitruvium, cum dixit⁽³⁾: Homines primum furcis erectis, & virgultis interpositis luto parietes texerunt. Alii luteas glebas arefacientes, struebant parietes, materia eos jugumentantes, vitandoque imbres & æstus tegebant arundinibus & fronde, Postea, quoniam per hybernas tempestates tecta non potuerunt imbres sustinere, fastigia facientes, luto inducto, proclivatis tectis, stillicidia deducebant. Ex hoc tam rudi artificio, quod necessitas eis suggestit & ratio, facile deprehendi etiam aliqua ejus vis potest, quæ ad illos a majoribus pervenerat, temporis tamen spatio, & fortunæ vicibus magnopere debilitata; quis enim in eo non agnoscat agrestibus veluti lineamentis adumbratam architecturam? Ex furcis enim illis erectis columnæ, antæque prodierunt; ex virgulis luto, vel glebis arefactis, materiaque coagmentatis, parietum constructio; ex tecto arundinibus, & arborum ramis composito, tigna, & lacunaria; ex fastigiis demum, & stillicidiis, tympana orta sunt, & coronæ. Idem dico de reliquis ferme omnibus architecturæ partibus, quæ, cum accessisset disciplina, aliquibus, vel immutatis vel adjectis, rusticitatem posuerunt; nam veteres illi furcas, sive arborum truncos, quibus utebantur, cum mapalia construerent, humi defigebant: quem morem sequuti Dores videntur, qui columnas statuebant in ipso solo, nulla spira, nullo

(1) Genes. cap. 4.

(2) Genes. cap. 11.

(3) Lib. 2. cap. 1.

il fondatore della prima città, e ch'ei la chiamò col nome d'Enoc suo figliuolo ⁽¹⁾. Dalla prevaricazione d'Adamo poi fino alla vecchiaja di Caino, in cui fu fondata questa città, come per sì lungo tempo abitassero coloro, se sotto le pelli, o nelle capanne, e nelle spelonche, non si fa: nulladimeno possiam presumere, che, allor quando fu fondata Enochia, fosse stata già in uso qualche sorta d'edifizio; volendo alcuni, ch'ella fosse anco cinta di mura, acciocchè Caino vi si potesse assicurare dal suo timore; e questi non avrebbe sì facilmente pensato ad unire gli edifizj in Enochia, se prima non gli avesse veduti disgiunti, dicendo il sacro libro, ch'ella fu fabbricata: per la qual parola non possono sì agevolmente intendersi nè il solo materiale, nè le trabacche unite in un sol luogo; non potendosi dare il nome di città fabbricata agli accampamenti de' soldati, quantunque pieni di tende, e muniti d'argine e di fossa; nè potendosi loro imporre un nome da durare per sempre. Senza dubbio si fa menzione di altre città fabbricate in Oriente dopo il diluvio, le quali non si può con facilità accertare che fossero fatte di tavolati di legno, o di tende; sapendosi, che fu intrapresa nel campo Sennaar ⁽²⁾ la fabbrica d'una città, e d'una torre, la quale fu detta di Babele, con mattoni cotti, e con bitume, in vece de' sassi e de' cementi, che forse quivi non si trovavano. Per quanto dunque si vede, era già nota a que' muratori, la maniera di fabbricar co' sassi e co' cementi, per averla imparata da Noè, e da' di lui figliuoli, da' quali traevan origine. Se la portaron poi secoloro, allora che, confuse le lingue, ed interrotta la fabbrica della torre, eglino si disperfero per tutta la terra; portando seco altresì le prime cognizioni di alcune arti, che, date da Dio ad Adamo, derivarono ne' di lui posterì. Or dunque, siccome al veder nato negli avanzi degli edifizj il leccio, o qualche altro albero, sembrerebbe sfacciato quel muro, s'e' si vantasse d'esserne il progenitore, atteso che il seme ve ne fu portato o da' venti, o da' volatili, che vi si rifugiarono; così l'architettura, la quale fiorì sì in Grecia, che in altri paesi, come anche una gran parte delle invenzioni necessarie alla vita, si debbono dir procedenti da que' semi, i quali produssero il loro frutto in varie parti, ove furono trasportati da' discendenti di Noè. Non per questo però intendo di dire, che di poi non sia stato inventato altro, o che non sia stata aggiunta alcun'altra cosa a quelle prime invenzioni; sapendo io benissimo, quanto, per istinto della Divina Provvidenza, è stato grande l'ingegno e l'industria umana: dico bensì ciò, affinchè i Greci, i Toscani, e quanti altri ve ne sono, non si abbiano a gloriar di se stessi, come se nulla avessero appreso dagli altri, ed affinchè non attribuiamo a noi stessi quel ch'è dovuto a Dio autore d'ogni bene.

LIX. Egli è vero per altro, che questi semi d'architettura ebbero diversa sorte, secondo i luoghi, or germogliando, e giungendo ad una certa maturità, come avvenne nella Caldea, e ne' paesi circonvicini, dove le belle arti dopo il diluvio furono, come nella patria stessa de' primi loro coltivatori, fomentate, e ritornate in essere, finchè durarono le ricchezze, e la potenza di queste nazioni; ora inaridendosi quasi affatto per la ignoranza e per la povertà di que' popoli, che si diedero alla vita pastorale e rusticana, o ad abitar nelle selve, e ne' luoghi sterili. Di costoro, a mio credere, parlò Vitruvio, allora ch'è disse ⁽³⁾: *Alla prima gli uomini con forche ritte, e con bronchi frapposti col fango tesseron le pareti. Altri facevano le pareti con zolle di fango disseccate, collegandole col legname; e per garantirsi dalle piogge e dal caldo facevano i coperti di canne, e di frondi. Ma perchè poi tal sorta di coperti, ne' tempi d'inverno, non potevano riparar le piogge, coll'innalzarne la sommità, e coll'incrostare di loto i tetti, dando loro il declivio, ne facevano scolar l'acqua.* Da una maniera così rozza di fabbricare, suggerita dalla necessità, e dalla ragione, si può eziandio ricavare un tal qual effetto dell'ingegno trafuso loro da' maggiori, ma per altro debilitato al maggior segno dal trascorso del tempo, e dalle vicende della fortuna. In fatti chi non ravviserà in tal sorta di fabbrica l'idea dell'architettura proposta quasi in rozze linee? Imperocchè da quelle forche ritte procederon le colonne e i pilastri; da' bronchi messi insieme col fango, o da zolle inaridite, e congiunte col legname, la struttura delle pareti; dal coperto fatto con canne e rami d'alberi, i correnti co' lacunari; dalle sommità poi, e dalle gronde, i frontespizj, e i cornicioni. Lo stesso dico di quasi tutte le altre parti dell'architettura, le quali, al sopraggiugnere della cultura delle arti, colla mutazione, o colla giunta d'alcune cose, deposero la rozzezza; imperocchè, avendo quegli antichi, nel far le loro capanne, conficcato in terra tanto le forche, quanto i tronchi degli alberi, ed essendo stati seguitati dai popoli di Dori col piantar

a a 2

(1) Nel Genes. al cap. 4. (2) Nel Genes. al cap. 11. (3) Nel lib. 2. al cap. 1.

nullo fulcro supposito : quod cum parum probarent Corinthii , Jones , & Etrusci , videbatur id enim minus aptum ad utilitatem & speciem , plinthum substraverunt . Non ignorabant profecto , veteres rusticos , quod truncorum pars solo in fossa facile computresceret , aut terræ vitio altius , quam par erat , subsideret , crassiores aliquando tabulas , aut lapides eis supposuisse : quibus trunci illi suffulti , & , si ad majorem firmitatem unus ex pluribus confieret , multiplici vinculo , ne dilaberentur , adstricti , plinthum & spiram excogitandi opportunitatem præbuerunt . Eadem utilitatis causa antea quadrata forma factæ sunt , cum prius fierent teretibus arborum roboribus parieti interjectis ; quod ei formæ non ita commode lutum , aut glebæ adhaerescerent . Jam vero summa roborum illorum pars , quæ domum fulciebant , seu in furcam desineret , seu capitata de industria esset , additamentis quibusdam apposis ad onus , quod illi crassitie superincumbere oportebat , aptius sustinendum , non uno & ipsa vinculo debuit circumligari , ne gravata fatisceret : hinc & capitulum inventum , & apophisis adpellata ea modica trunci curvatura , quæ in astragalum , seu primam alligaturam desineret : hinc hypotrachelium , anuli , echinus ; quæ omnia in superiore illa trunci parte artificiose divisa , & elegantius formata , architecti distinguenda voluerunt . Cum autem truncis erectis , & ita conformatis , trabes opus esset superimponi , quæ ædificii tectum sustinerent ; ut hæc in trunci plano firmiter consistenterent , seu tabula antiquitus opposita sit , seu quid simile deinde excogitatum , hæc , qualiscumque fuerit , adjectio , abacus dictus est ; trabes autem superimpositæ , epistylia . Zophorus superest , qui spatium illud muri complectitur , quod inter subgrundium , & tigillos contignationis extrinsecus apparentes intercedit , Hic posterius videtur adhibitus ; primis enim temporibus nulla , aut rara probabilis fuit in mapalibus contignatio , ut modo etiam usuvenit ; sed arundines & stramenta , aut aliud huic simile integumentum incolentes tuebatur a pluvia : quæ ut commodius deflueret , quemadmodum opus fuit aliqua illius tecti projectura , & muro pyramidis instar adsurgenti , ut tectum utrinque proclinaretur ; ita & in cæmentitiis etiam ædificiis magis affabre factitatum deinde est : quod locum dedit coronarum in tectis , & tympani origini & nomini .

LX. Ex hujusmodi architecturæ rudimento utrumque patet , & quid necessitas postulet , & quid luxus invexerit : paucis enim contentam esse naturam facile discimus ; cum in luteis casis , & sub operto culmorum & arundinum æque beate veteres diversarentur , & somnum caperent , quam sub laquearibus auro illitis , & inter marmorum maculas . Verum , civitatibus constitutis , & prisca illa morum severitate paulatim abjecta , cum non amplius ad naturæ leges , sed ad ambitionis placita exigere homines omnia cœpissent , quod uno tamen conclavi divitibus æque ac pauperibus opus esset ad quiescendum ; ut quæsitum nihilominus discrimen videretur , ampla ædificari domicilia , porticus , cavædia placuit , incensique artificum animi sunt , ut novas quotidie molitiones , novos ornatus excogitarent , quibus cum ædes re ipsa diversas , si necessarii usus spectentur , facere non possent , specie tamen quadam , & fuco superaddito , id assecuti viderentur . Par quidem fuit , & utilitatis quoque id ratio postulabat , ut parietes cæmentitii , quo firmiter consistenterent , fierent ex luteis , & reliquæ architecturæ partes , illuvie deposita , liberaliter comerentur ; ut matronæ tamen ingenuæ solent , quarum nativæ pulchritudini ornatus non præit , sed famulatur . Qui debeat hic esse , aut ad quam normam exactus , docemur a Vitruvio : Quod , inquit ⁽¹⁾ , non potest in veritate fieri , id (antiqui) non putaverunt , in imaginibus factum , posse certam rationem habere . Omnia enim certa proprietate , & a veris naturæ deductis moribus traduxerunt in operum perfectiones , & ea probaverunt , quorum explicationes in disputationibus rationem possunt habere veritatis . Igitur , ut in honore non sunt poetarum fabulæ , quæ a veri , quod imitantur , similitudine abhorrent ; ita nec probari architecturæ opera ex Vitruvio possunt , quæ non a vero petita videantur . Quam enim

(1) Lib. 4. cap. 2.

che questi fecero parimente in terra le colonne, senza base, e senz' alcun sostentamento; i Corintj all' incontro, come anche i Jonj, ed i Toscani vi sottoposero il plinto, non essendo loro paruto un tal modo a proposito nè per l' utile, nè per l' apparenza: e ciò tanto più fecero, quanto che sapevan ben eglino, che quegli antichi abitatori delle foreste dall' aver veduto, che la parte de' tronchi conficcata in terra facilmente s' imputridiva, o veniva a profundarsi più del dovere per la debolezza del terreno, si erano indotti a porvi sotto talora o grosse tavole, o pietre; sicchè con questi tronchi così sostenuti, e legati con più ritorte, quando per maggiore stabilità bisognava unirne insieme più d' uno, diedero lume al ritrovamento della base e del plinto. Parimente per cagion dell' utile furono riquadrati i pilastri, che prima si facevano con tronchi rotondi frapposti alle pareti, atteso che in tal guisa nè il fango, nè le zolle potevano così facilmente restarvi attaccate. Le cime poi di que' tronchi, i quali servivano di sostegno alla casa, o fossero biforcute, o con alcune giunte fattevi a posta si rendessero più atte a sostenere il peso da soprapporsi alla loro grossezza, dovettero anch' esse legarsi con più ritorte, perchè non avessero a frangersi sotto quel peso. Fu quindi inventato il capitello, e fu chiamata apofisi quella piccola curvatura del tronco, la quale terminava coll' astragalo, o sia colla prima ritorta: quindi furono ritrovati l' ipotrachelio, gli anelli, e l' uovolo; le quali cose, essendo state tutte artificiosamente distribuite e riformate con più garbo nelle dette cime de' tronchi, vollero gli architetti, che fossero distinte con questi termini. Or dovendosi a questi tronchi, eretti e adattati in tal guisa, soprappor le travi, che reggessero il coperto dell' edificio, e, per farle posare con maggior fermezza sul piano del tronco, essendo stata loro anticamente soprapposta o una tavola, o altra cosa simile dipoi inventata; questa giunta, qualunqu' ella si fosse, fu detta abaco, e le travi soprapposte furono chiamate architravi. Vi rimane il fregio, il quale occupa quello spazio di muro, che rimane tra 'l grondajo, e i correnti del soffitto che sporgono in fuori. Questo sembra che sia venuto in uso posteriormente; imperocchè ne' primi tempi le capanne o non ebbero soffitto, o poche furono quelle che l' ebbero, come si vede anche in oggi; essendo bastate a quegli abitatori le canne e gli stami, o qualche altra simile copertura per difendersi dalle piogge: e siccome per farle scolare più facilmente fu d' uopo il dare al tetto un qualche sporgimento, e terminare il muro nella sua sommità a guisa di piramide, affinchè il coperto avesse da ogn' intorno il suo declivio, fu parimente fatto dipoi lo stesso con maggior maestria negli edificj cementizj, e quindi presero l' origine e 'l nome le cornici de' tetti, e i frontespizj.

LX. Da un così fatto dirozzamento dell' architettura si rendono manifeste due cose: cioè quel che la necessità esige, e quel che il lusso ha introdotto; ravvisandosi facilmente, che la natura si contenta di poco, da che gli antichi albergavano e dormivano tanto bene nelle capanne fatte di loto, e sotto coperti di paglia e di canne, quanto sotto soffitti indorati, e tra diversi colori de' marmi. Ma, quando furon fabbricate le città, e fu dismessa a poco a poco la severità degli antichi costumi, avendo gli uomini incominciato a governarsi, non più secondo le leggi della natura, ma dell' ambizione, quantunque tanto a' poveri, quanto a' ricchi bastasse una sola stanza per riposare; nondimeno, acciocchè si vedesse un' affettata distinzione, si diedero a fabbricare ampie case, portici, e cortili; e gli artefici impiegarono tutto il lor talento per inventar ogni dì nuove fabbriche, ed ornati diversi; con che però non potendo in sostanza rendere gli edificj differenti in riguardo agli usi necessarj, sembrassero nonpertanto con una certa avvenenza, ed ornamento di sopra aggiunto, d' averli differenziati. Fu veramente cosa conveniente, ed utile il non far più le pareti di fango, ma di cementi, affinchè avessero più sussistenza; e tolta alle altre parti dell' architettura ogni bruttura, nobilmente adornarle: come sogliono fare le matrone savie, che cogli abbigliamenti non cercano di sopraffar la propria bellezza, ma di farla risaltare. Quali debbano esser questi ornamenti, e come si debbano regolare, ci vien insegnato da Vitruvio. *Gli antichi, dic' egli⁽¹⁾, credettero, non esservi certa ragione di fare in figura quel che non si può fare nel vero; avendo posto in uso per render perfette le loro opere tutto quel che aveva proprietà certa, e veniva dalla natura; ed avendo approvato soltanto quel che nelle dispute può sostenersi che abbia ragion di vero.* Per la qual cosa, siccome non sono in pregio le favole de' poeti, le quali non hanno simiglianza col vero che esse fingono; così nè tampoco nell' architettura si possono, secondo Vitruvio, approvar quei lavori, che non hanno origine dal vero. Or qual

b b

veri-

(1) Nel lib. 4. al cap. 2.

enim veri partem referet in hac facultate cultus plena manu congestus, cujus modus maximum quavis in re ornamentum merito ducitur? Ut enim turpia quæ sunt, ornari non ferunt, ne cultu ipso fiant fœdiora; ita quæ venustatem habent, tantum ornamentorum requirunt, quantum satis est, ut non neglecta potius, quam ornata videantur: nec enim institutum a natura videmus aut in stirpibus, aut in arboribus, ut totæ floreat; sed calami, truncique jacent in quodam veluti neglectu, quo tamen maxime commendantur. Quam itaque a re ipsa aberraret, qui cum platanum sibi imitandam proposuisset, truncum ejus & ramos varie pingeret figuris superinductis, aut etiam scalperet; tam, opinor, a veritate deflesteret, qui excitare domum adgressus, fulcra, & reliquas ejus partes ornamentis, quot ferret, non res, sed ingenium, aut, ut verius dicam, libido, excolendas arbitraretur; quidvis enim potius ejusmodi ædificatio, quam domus, diceretur. Idcirco parce iis utendum in architectura Etrusci censuerunt, item & Doræ, quorum eadem ferme ac Etruscorum ratio fuit. Reliqui vero Græci vix ullum hac in re modum tenere visi sunt: adeo toti fuerunt in comendis exornandisque ædificiorum partibus, ut, cum quatuor concludi parietibus conclavia necesse sit, quæ usus & veritas postulat; hæc vero non admodum aliud ab alio distingui architecturæ arte possint; dum ea, quæ extrinseca sunt, tantopere ornantur, tam lautarum ædium dominis, si habitare magnifice velint ac splendide, ante earum januam, aut in cavedio locus quærendus videatur.

LXI. Quæ quidem ornamentorum copia illud præterea secum adfert incommodi, ut, cum multa modico spatio includi necesse sit, singula concidi oporteat & contrahi; aut, si artificibus id ipsum displiceat, innovari etiam non pauca: ex quo illud fit, ut, dum elegantia quæritur, architecturæ dignitas minuat; quo enim grandiores ejus partes sunt, eo plus habere gravitatis, nemo est, qui non videat. Idcirco Ægyptii, cum operis inter se membra, stylobatam, exempli gratia, a plintho superposito & solea, ut videre est in obelisco Vaticano, discerni maxime vellent, quod hujusmodi gravitatis essent apprime studiosi, coronam inter utrumque, lysi, & echino oblique sectis compositam, aliquanto amplius protulerunt, ut patet ex Tab. IV. fig. IV. Item ob id ipsum inter stylobatam & soleam, spiram ex cymatio toroque conflatam voluerunt, ut in eadem Tabula, & figura demonstratur. Id genus formarum rude fortasse videbitur Græcis novitatis amatoribus, & recentioribus architectis, qui non alias probabunt formas, quam quæ exhibentur in eadem Tab. IV. figg. I. II. & III. quod quidem facile paterer, si in his ipsis membrorum interjectionibus, & membrorum partibus eandem servarent gravitatem, quam Ægyptii tenuerunt. Hi enim coronam formantes, dum lysim in frontibus inclinarunt (fig. IV. lit. A), echinumque inferius secuerunt (lit. B), id spectarunt, ut, quod erat exile natura, grande fieret artificio; etenim, si frontes lysis exigerentur ad perpendicularum, echinoque $\sigma\delta\eta\mu\alpha$, quod ipsi abstulerant, redderetur, vel is tanquam cymatium fieret, ut ostenditur fig. I. lit. C. corona non modo esset minus altior (sufficiat exemplum lysis C in fig. IV. ab 1 ad 2, comparatum cum exemplo lysis D ab 3 ad 4), sed etiam tam echinus ob redditum sibi $\sigma\delta\eta\mu\alpha$, quam cymatium, ipsam coronæ altitudinem minuisse viderentur, eo quod projecturæ quo plus habent rotunditatis, vel retractæ magis sunt, eo minus grandes apparent. Quod ad spiram pertinet, & hæc idem Ægyptiorum studium in majestate retinenda præsert, more tamen, qui in corona servatus est, inverso: nam licet corona oculis intuentium superior sit, spira vero inferior, eundem tamen utraque, cum aspicitur, parit effectum. Quod tamen, ut in epulis, ita & in artibus non eadem æque omnibus sapiunt. Qui coronas, spirasque Ægyptiacas innovandas censuerunt, alias excogitarunt, quas ostendimus in Tab. IV. iisdem figg. 1. 2. & 3. & in Tab. V. part. II. figg. 1. & 2. compositas ex particulis, quæ recensentur in eadem Tab. V. part. I. a fig. 1. ad 22. Hæc quidem, cum oculis objiciuntur, non diffiteor speciosa videri; verum, dum truncis quoque stylobata

verità si può mai dare, in quanto a quest' arte, negli abbellimenti senza risparmio, se l' usarne con moderazione in qualsivoglia lavoro, si tiene, e con ragione, pel migliore ornamento? E siccome quel ch' è deforme, non comporta ornamenti, per non comparir con essi vie più sformato; così quel ch' è bello, ne richiede tanti, quanti bastano a farlo comparire piuttosto non negletto, che ornato. Di fatto, se osserviamo la natura, troveremo, che nè le piante, nè gli alberi si riveston tutti di fiori, ma che gli steli ed i tronchi rimangono come in una certa abbiezione, la quale è appunto quella, che ne fa risaltar tutto il bello. Or quando si allontanerebbe dalla natura colui, che proponendosi di ritrarre un platano con varie figure soprapposte, ne dipignesse o scolpisse il tronco ed i rami; altrettanto, cred' io, s' allontanerebbe dal vero, chi, postosi a fabbricare una casa, si supponesse di doverne parare i sostegni, e tutte le altre parti, non già di ornamenti adattati alla natura dell' edificio, ma di quanti ne sapeffe inventar l'ingegno, o, per meglio dire, il capriccio: giacchè ad una tal sorta di fabbrica starebbe meglio qualunque altro nome, che quel di casa. Laonde i Toscani credettero di dovere andar parchi nell' adornare la loro architettura, come anche i Dori, i quali tennero pressochè la stessa maniera de' Toscani. Gli altri Greci poi, sembra, che in tal sorta di lavori appena abbiano avuto il minimo contegno; essendosi dati ad ornare e fregiare le parti degli edifizj in sì fatta guisa, che, bisognando fare le stanze di quattro mura, secondochè richiedono e l' uso, e il vero, e non potendosi quelle molto differenziare coll' architettura; per esser arricchite di tanti ornamenti le parti esterne, i padroni di tali case così adorne, se avessero voluto abitar con magnificenza e splendidezza, farebbe stato d' uopo, che se ne fossero andati a stare innanzi alla porta, o nel cortile.

LXI. Quest' abbondanza d' ornamenti porta seco eziandio l' altra inconvenienza, che, dovendosi por molti in poco spazio, bisogna poi frastagliarli tutti, e ristignerli; o, se talora non piace agli artefici di così fare, bisogna venire alle innovazioni, e non poche: onde addivene, che, mentre cercasi di rendere adorna l' architettura, se ne diminuisce il decoro; vedendo bene ognuno, che le parti di essa, quanto più son grandiose, tanto più hanno del grave. per la qual cosa gli Egiziani avendo sommamente a cuore tal gravità, e volendo particolarmente, che i membri d' un' opera si distinguessero tra loro, per esempio un piedistallo dal plinto soprappostogli, e dallo zoccolo, che lo sostiene, come si vede nell' obelisco Vaticano; fra il plinto e l' piedistallo, fecero, che sporgesse alquanto più in fuori la cornice formata dal listello e dall' uovolo segati per obbliquo, come si vede nella *Tav. IV. alla fig. IV.* E per questo stesso parimente posero fra il piedistallo e lo zoccolo una base fatta della gola e del toro, come si dimostra nella medesima *Tav., e fig.* Tal sorta di forme sembrerà forse zotica ai Greci amatori della novità, e agli architetti d' oggidì, i quali non ammetteranno, se non quelle, che si dimostrano nella medesima *Tav. IV. alle fig. I. II. e III.* il che io facilmente accorderei, se con sì fatte interposizioni e parti di membri si conservasse la stessa gravità, che hanno avuta in vista gli Egizj. Costoro, in quanto alla cornice, facendo in pendio le facce del listello (*fig. IV. lett. A*), e tagliando in obbliquo il corpo inferiore dell' uovolo (*lett. B*), non ebbero altra mira, se non di far grande a forza d' arte quel ch' era picciolo di natura: imperocchè, se le facce del listello fossero a perpendicolo, e l' uovolo avesse il pieno ch' essi gli tolsero, o fosse stato convertito in una gola rovescia, com' è quella della *fig. I. lett. C.* la cornice non solo sarebbe meno alta (ne basti l' esempio del listello *C* della *fig. IV. da 1 a 2*, paragonato all' esempio del listello *D da 3 a 4*), ma sì l' uovolo, per essergli stato restituito il suo pieno, che la gola rovescia, avrebbero apparentemente diminuita l' altezza medesima della cornice, atteso che gli sporti, quanto più son rotondi, o quanto più sono tirati in dentro, tanto meno compariscono grandi. Rispetto alla base, anche in questa vediamo aver avuta gli Egizj la stessa premura di mantenere il grandioso, ma coll' operare all' opposto di quel che si vede usato nella cornice: imperocchè, quantunque la cornice resti superiore agli occhj di chi la mira, e la base ne rimanga al disotto, nondimeno, a guardar l' una e l' altra, se ne vede lo stesso effetto. Ma perchè, come accade ne' conviti, non piacciono ugualmente a tutti le stesse cose; coloro, che giudicarono di doversi riformar le cornici, e le basi degli Egiziani, ne inventarono delle altre, come son quelle che si dimostrano nella *Tavola IV. alle figure 1. 2. e 3.* e nella *Tavola V. part. II. alle figure 1. e 2.* coll' unire insieme le particelle delineate nella stessa *Tavola V. part. I. dalla figura 1. fino alla 22.* Queste per altro, rappresentandoci agli occhj, non nego, che pajan belle; ma poi quell' ornare eziandio i tronchi de' piedistalli

batarum ornatus accrescit, eaque ductis in longum per latera lineis minuta includuntur coronide (eadem Tab. IV. fig. 1. & 2. lit. B.), exile quiddam oculis videtur subnasci, ex quo multum damni facit germana illa ac vera architecturae majestas: ut dici merito possit, hanc quidem ab Aegyptiis traditam nobis, & inculcatam; recentiores vero minutis hisce ornamentorum additamentis eam perdere voluisse. Neque vero, si quid in compositis Graecorum coronis, & spiris concinnitatis fuit, & artificii, id Aegyptii non viderunt: a projectura enim coronae lineam ducere ad perpendicularum debuerunt, & lysim erectam facere, priusquam hanc in frontibus inclinarent; teretem vero echinum infra conficere, ut teretem effectum oblique deinde secarent: quam inclinationem, sectionemque si omisissent, nihil in hac parte Aegyptiorum architectura discrepasset a Graeca; servire tamen illi operis majestati, quam oculorum blandimento, maluerunt.

LXII. Graeci contra, dum student ornatui, dum partium subdivisiones, & caelaturas consectantur; nimium inani fortasse elegantiae, parum gravitati studuerunt. Nullum ferme genus est fruticum, aut arborum, unde hi cauliculos, aut frondes non petant ad ornatum architecturae: poma, flores, animantium sigilla zophoris addita: pelles, zonae, & quidvis aliud, quod comminiscendi libido suggestit, stylobatis, & epistylis insculpta: quae licet a natura arcessantur, & ita formentur, ut ab eadem gignantur; videndum tamen esse arbitror, utrum major his locus in coronis, in zophoris, & epistylis esse possit, quam cupressui in medio mari, si forte ibi pingeretur, ut ait Horatius ⁽¹⁾, cum naufragium describitur: arborem enim hujusmodi statuere in medio pelago, tam alienum a rei natura est, quam haec a morum, ac proinde ab architecturae veritate, addo etiam, dignitate: quando enim haec re ipsa usurpata sunt in aedificiis? aut quis unquam, ornatus gratia, apponeret & epistylis, & zophoris in aedium fronte, & cavædio, corollas pomis & uvarum racemis intextas, nuces, juglandes, aut pineas, aviculas, & bovum capita, modo quodam ferme non absimili, quo Neapoli altis suspensa tabulatis, varieque inter lauri ramos disposita visceratio plebi datur diripienda? Scio, morem, ut id fieret, jamdiu invaluisse, nimirum ex quo Graecorum placita legum haberi loco ab architectis cepta sunt: sed quae honestatem non haberent, si vera aedibus affigerentur, quo pacto caelata dignitatem retinebunt? Quid quod incertos e cauliculis flores & frondes educimus, ex perfecto mira, & a naturae veritate prorsus abhorrentia, quae nec in tabulis pictis ferenda putaremus? Aedes Divi Marci Venetiis, quae x. Christi saeculo exstructa est, luculentum inventorum hujusmodi specimen dabit adeuntibus; ut enim innumeris pene columnis ornatur, capitulis, coronis, tabulisque marmoreis, quae olim fuerunt in Graecia, facile deprehendi ex iis potest, quam exlex fuerit in architectura Graecorum ingenium, quum sibi quilibet audendi potestatem paullatim arripuissent. Multa id genus sunt etiam Romae vel e Graecia delata, vel ibidem excogitata a Graecis architectis, quorum aliqua conlecta sunt in meo antiquitatum Romanarum opere jam edito, aliqua nunc oculis subjicio Tab. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. & XX.

LXIII. At inquiet aliquis, non Graecorum haec inventa fuisse, sed potius Aegyptiorum, cum in eorum labris, atque adeo in cinerario porphyretico Clementis XII. in Basilica Lateranensi echini scalpti sint, stryges, pedes leonini, caedaeque, atque alia nonnulla ex hoc genere. Verum unde constat, haec ex Aegypto adlata fuisse potius, quam Romae elaborata ab artificibus Graecis, ut in signis etiam aliquot factitatum videmus, quae morem quidem Aegyptium ostendunt, artem vero non ita? Sed fuerint genuina ejus populi opera: quanto parcius hujusmodi inventis Aegyptii usi sunt, & ornatibus, atque in labris fere dumtaxat, & vasis, quae pertinent ad supellectilem; cum immoderate ea Graeci transtulerint in aedificia? Vidit

(1) Art. poetic.

distalli con iscorniciature tiratevi minutamente d' intorno (*Tav. IV. fig. 1. e 2. lett. B.*) fa comparire a chi le mira , una certa picciolezza , per cui scapita cotanto il vero pregio dell' architettura , consistente in quella naturale maestà , ch' e' si può dire , e con ragione , esserci stata trasmessa e raccomandata dagli Egiziani , e che quei che di poi ne son venuti , con tai tritumi aggiuntivi per ornamento hanno cercato di rovinarla . Nè ci supponghiamo , che gli Egiziani non conoscessero le modanature delle cornici e delle spire usate da' Greci ; imperocchè fu necessario , che tirassero una linea perpendicolare dallo sporgimento della cornice , e vi facessero il listello quadrato , prima d' inchinarne le facce ; e che facessero altresì al di sotto l' uovolo tondo , prima di tagliarlo in obbliquo ; talchè , s' eglino avessero tralasciato di far questo inchinamento , e questo taglio , non vi farebbe stata , in quanto a ciò , la minima differenza fra l' architettura degli Egiziani , e quella de' Greci . Ma coloro vollero attender piuttosto al maestoso delle opere , che al lusingamento degli occhj .

LXII. I Greci all' incontro coll' applicarsi agli ornamenti , alle suddivisioni delle parti , e agl' intagli , hanno atteso forse troppo ad una vana leggiadria , ma poco per altro alla gravità . Non v' è , si può dire , veruna sorta di frutici , o d' alberi , da' quali eglino non prendano o i piccoli fusti , o le fronde , per ornamento dell' architettura : non vi son pomi , fiori , figurine d' animali , che non abbian trasportate ne' fregj : non vi son pelli , nè fasce , nè qualsivoglia altra cosa suggerita dal capriccio , che non abbian scolpito ne' piedistalli , e negli architravi : ma quantunque si prendano dalla natura , e si formino tali quali essa le produce , nientedimeno io giudico , doverli riflettere , se il collocarle nelle cornici , ne' fregj , e negli architravi , sia più naturale , di quel che sia , come dice Orazio ⁽¹⁾ , il dipignere un cipresso in mezzo al mare , allor che si descrive un naufragio . Quanto ripugna alla natura il porre in mezzo al mare quest' albero , altrettanto tali cose ripugnano a quel che suol veramente farsi , e in conseguenza alla verità dell' architettura , e dirò ancora , al decoro . E che sia così , quando mai si è dato , ch' elleno siano state realmente poste in uso nelle fabbriche ? Chi mai prenderebbe ad ornar gli architravi , ed i fregj sì nelle facciate , che ne' cortili delle case , con ghirlande intessute di pomi , e di grappoli d' uva , con delle noci , delle ghiande , delle pine , degli uccelletti , e de' capi di buoi , quasi come in Napoli suol darli in preda alla plebe la cuccagna , sospesa in alto sopra palchi , e adornata di rami d' alloro ? So , che l' uso di così fare fu introdotto da tempo antichissimo , vale a dire , da che gli architetti incominciarono a ricever per legge il capriccio de' Greci : ma s' e' non farebbe decoroso l' affigere agli edifizj tali cose , qualor fossero vere , come mai farà convenevole il porvele figurate cogl' intagli ? E poi che cos' è quel far venir fuori frondi e fiori , che non si sa donde abbian origine , da' piccoli fusti , da' quali escono mezze figurine d' uomini e d' ipogrifi , ed altre mostruosità cotanto differenti dal vero , le quali nè tampoco ammetteremmo doverli sopportar dipinte ne' quadri ? La Chiesa di S. Marco in Venezia , fabbricata nel secolo x. dell' Era volgare , può dare un saggio copioso di tali invenzioni a chiunque v' entra a vederla , essendo adorna d' un numero quasi infinito di colonne , di capitelli , di cornici , e di tavole di marmo , esistenti una volta in Grecia ; dalle quali può facilmente desumerli quanto sia stato irregolare l' ingegno de' Greci nell' architettura , essendosi eglino presa a poco a poco la libertà di farvi tutto quel che volevano . Molte di queste cose si veggono eziandio in Roma , o per esservi state trasferite di Grecia , o per esservi state inventate da architetti Greci ; alcune delle quali sono state da me raccolte nella mia opera delle antichità Romane , già data alla luce , ed alcune altre ora si dimostrano nelle *Tavole VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. e XX.*

LXIII. Ma dirà taluno , non essere state queste invenzioni de' Greci , ma bensì degli Egiziani , giacchè ne' loro labbri , e fra gli altri nel cinerario di porfido di Clemente XII. nella Basilica Lateranense , si veggono gli uovoli , le strie , i piedi , e le code de' leoni , ed alcune altre cose di simil genere . Ma donde sappiamo noi , che questi labbri sono stati portati d' Egitto ? Forse che non possono essere stati lavorati in Roma da' professori Greci , come si vede fatto eziandio d' alcune statue , nelle quali quantunque si ravvisi la maniera Egiziana , non ve se ne vede per altro l' arte ? Ma dato , che queste opere siano veramente di quella nazione : quanto più parchi sono stati gli Egiziani in tali invenzioni ed ornamenti , essendosene serviti soltanto ne' labbri e ne' vasi , che altro non sono , che mere suppellettili ; quando all' incontro i Greci gli hanno trasferiti senz'

alcun

c c

(1) Nell' arte poetica :

Vidit id ipsum Le-Royus cum ait ⁽¹⁾ : Nous voïons les Egyptiens faire des colonnes à l'imitation des troncs d'arbres, n'ayant qu'une pierre ronde pour basé, & une pierre quarrée la plus simple pour chapiteau Aussi dans l'impatience d'arriver au grand & à l'étonnant, ne se donnerent-ils pas le tems de perfectionner leur architecture : ils trouverent toutes les decorations des colonnes, toutes les formes des chapiteaux, ou d'entablements bonnes, & passerent rapidement des premiers essais en architecture à l'exécution des plus vastes projets. Les Grecs au contraire mesurant leurs entreprises sur leur connoissance dans l'art de bâtir, plus lents à donner des marques de genie, marchent à pas plus certains vers la perfection. *Fatetur hic quidem auctor his verbis, Ægyptios gravitatis retinentiores fuisse, quam elegantiae; quod superius innueramus: videtur tamen sibi ipse adversari, cum ait, eos arborum truncos columnis imitatos, pro illarum spiris rotundum lapidem, & pro capitulis quadratum adhibuisse, quod sublime quiddam & magnum in architectura sequerentur. Id vero arbitror dici, ut ex eorum etiam operibus deprehendimus. At quid est, quod subdit, Ægyptios ea omnia invenisse, quæ ad columnarum ornatum & dignitatem facerent, omnesque capitulorum formas, & ornamenta item iisdem super imposita excogitasse? Postrema hæc quomodo coherent cum superioribus? Quid enim est architecturam perficere, si hoc non est? Arbitror potius dicendum, Ægyptios in perficienda architectura vidisse plurimum, plurimum etiam desudasse; in iis autem, quæ illi adinvenerant, adhibendis Græcos modum non tenuisse. Ut enim membrorum in corporibus, ita in architecturæ operibus partium proportio spectanda maxime est: quam cum intelligerent Ægyptii facile sublatum iri, aut certe imminutum, si partes hæc minutatim interfecarentur, aut spatia, quæ inter eas esse debuerant, angustiora fierent, vel ea, quæ exstare magis oportebat, parum prominere, ornamentis obducta, & confusa; capitula magnopere excolere, & alia architecturæ membra merito noluerunt. Id ipsum, quod animadvertimus, videre est a Tab. VI. usque ad XX. præcipue vero ab VIII. usque ad XI.*

LXIV. Neque vero hæc tanta ornamentorum copia probari ex eo potest, quod ex his quædam ad religionem spectarent. Acroteria Deorum simulacris, ut essent ante oculos, fuerant jamdiu præstituta; tympana vero anaglyphis, ut innuerent, quo eos ritu coli oporteret. Satis id videri certe potuit, si non multa Græci, quæ ad Deos non pertinerent, in architecturam inferre maluissent; qui profecto mos adeo ab Ægyptiis deductus non est, ut hi sphinges ipsas, quæ silentii apud eos erant symbola, in solo ponerent ante templa longis ordinibus, ut auctor est Strabo ⁽²⁾ : cum vero traditam a majoribus sapientiam arcanis quibusdam notis complecti voluerunt, quas in operum suorum fronte, ut paterent omnibus, apponi oportuit; has, ut idem Strabo ⁽³⁾ memorat, & in obeliscis videri potest, lapidibus incidendas curaverunt, ne quid, si eas sculpsissent, hieroglyphicorum projectura operum gravitati, & architecturæ membris officeret. Eadem in ornatuum modo Etruscorum ratio fuit, quamdiu patrius apud eos mos viguit, quæsitumque est, quid fieri oporteret potius, quam quid placeret. At inquiet aliquis, multiplici olim ornamentorum genere templum Salomonis non caruisse. Ego vero non omnes omnino ornatus repudiandos unquam censui, sed eos dumtaxat, qui non modici essent, & rem ipsam, cui apponerentur, non decerent. Utrumque autem in eo suo ædificio cavisse Regem sapientissimum, dubitare non possumus. Quamquam enim, ut ait Lamys ⁽⁴⁾, sunt, qui opinantur, illud non fuisse, nisi plane agreste, coeptum eo tempore, quo nondum homines exuerant imperitiam, & quando Græci non invenerant artes, saltem non excoluerant; tamen, ut idem subdit, opinio hæc protinus amovenda est. Recte id quidem; quis enim arbitrabitur ex tanto apparatu, tantis opibus, tanta operariorum copia, & Dei providentia, rude quiddam, & imperfectum existere

(1) Ead. part. 1. disc. de hist. archit. civil.
 (2) Geograph. lib. 17.

(3) Eod. lib.

(4) De templ. Salomon. lib. 5. sect. 1.

alcun risparmio nelle fabbriche? Il Signor Le Roy conobbe la stessa cosa, allor ch' e' disse⁽¹⁾: *Noi vediamo, che gli Egiziani nel far le colonne imitano i tronchi degli alberi, non avendo se non una pietra rotonda per base, ed una pietra quadrata delle più semplici per capitello..... Quindi per la impazienza ch' egli avevano di arrivare a far cose grandi, e maravigliose, non attesero a perfezionare la loro architettura: tutti gli abbellimenti delle colonne, tutte le forme de' capitelli, e de' soprornati, ch' essi trovarono, furono da loro tenute per buone; e trascorsero immantinentemente dai primi saggi nell' architettura all' esecuzione de' più vasti progetti. I Greci all'opposito, adattandosi colle opere alla cognizione ch' egli avevano dell' arte di fabbricare, tardarono più a dar contraffegni del loro ingegno, ma andarono con passi più sicuri verso la perfezione. Confessa, egli è vero, quest' autore con tai detti, che gli Egiziani fecero maggior conto della gravità, che della venustà, come già si disse; ma per altro sembra, ch' e' si contraddica, mentre vuole, ch' eglino nel far le colonne imitassero i tronchi degli alberi, e si servissero d' una pietra rotonda per le basi, e d' una pietra quadrata pe' capitelli, come quei, che nell' architettura non miravano, se non che al sublime ed al grandioso. Mi suppongo, che ciò si dica per quanto dalle loro opere ancora si raccoglie. Ma perchè poi soggiugne egli, che gli Egiziani trovano tutti gli abbellimenti e decorazioni delle colonne, e tutte le forme de' capitelli, e gli ornamenti ad essi soprapposti? Come si accordano questi ultimi detti cogli antecedenti? In che consiste il perfezionar l'architettura, se non in questo? Io giudico, che si debba piuttosto dire, che gli Egiziani furono avvedutissimi, e sudarono moltissimo per render perfetta l'architettura; e che i Greci non seppero moderarsi nel porre in uso le invenzioni degli Egiziani. E vaglia il vero, siccome ne' corpi deesi attendere alla proporzion delle membra, così nell' architettura il riguardo principale debbe averfi alla proporzion delle parti, la quale, accorgendosi gli Egiziani, che facilmente farebbe venuta a mancare, o, se non altro, a diminuirsi, qualora tali parti si fossero minutamente suddivise, o se fossero fatti più stretti gli spazj, che debbon correre fra le une e le altre, o si fosse dato poco risalto a quelle che debbono far maggior comparfa, parandole e confondendole cogli ornati; ebbero essi tutta la ragione di non far tanti lavori ne' capitelli, e negli altri membri d' architettura. Dalla Tav. VI. fino alla XX. e specialmente dalla Tav. VIII. fino all' XI. si dimostra quel che noi abbiamo considerato.*

LXIV. Nè questa quantità sì grande d' ornamenti si può salvar col pretesto, che alcuni ne appartenessero alla religione. V'erano già gli acroterj, destinati fin da principio pe' simulacri degli Dei, perchè fossero in vista; e v'erano altresì i frontespizj destinati pe' bassirilievi, che insegnavano, qual' era il culto, che si dovea loro prestare. Sembra, che ciò bastar dovesse, se a' Greci non fosse venuto in capriccio d'aggiugnere all'architettura tante altre cose, che non appartenevano agli Dei: il qual costume, è tanto vero, ch' essi non appresero dagli Egiziani, che anzi questi, al riferir di Strabone⁽²⁾, posero in terra innanzi a' lor templi le sfingi, le quali appo loro eran simboli del silenzio, ordinate per lunghe file; e quando poi vollero comprendere in alcuni misteriosi caratteri la sapienza, che aveano appresa da' loro antenati, siccome bisognò situarli nelle facciate delle lor fabbriche, perchè fossero veduti da tutti; si diedero ad inciderli su la superficie delle pietre, come racconta Strabone medesimo⁽³⁾, e come veggiamo ne' loro obelischj, appunto perchè il rilievo de' geroglifici non pregiudicasse alla gravità delle fabbriche, nè a' membri dell'architettura. Lo stesso riflesso ebbero i Toscani col moderar gli ornamenti, fin che seguirono l'antica maniera d'operare, ed attesero a far quel che richiedeva piuttosto il bisogno, che il piacere. Taluno per altro dirà, che l'antichissimo tempio di Salomone non fu senza molti e molti ornamenti. Io non ho mai preteso, che si debbano disapprovar tutti affatto, ma soltanto quei che son troppi, e che non convengono alla cosa a cui s'appoggono. Che poi quel savissimo Re avesse ambedue questi riflessi nel far quell' opera, non v' è motivo di dubitarne. Imperocchè, quantunque vi siano alcuni, i quali, come dice il Lamy⁽⁴⁾, suppongono, ch' ella sia stata affatto rozza, come quella che fu intrapresa in tempi, che gli uomini erano per anche ignoranti, e che i Greci non avevano inventate le arti, o almeno non si erano applicati a coltivarle; nondimeno, com' egli soggiugne, questa opinione deesi tosto rigettare: e con ragione. Imperocchè chi mai potrà indursi a credere, che con tanti preparativi, con tante ricchezze, e con sì gran numero d' operaj, che Iddio per sua special provvidenza dispesè a quest' opera, dovesse poi essa

(1) Nella stessa part. 1. disc. su l'istor. dell' archit. civile.

(2) Nel lib. 17. della Geograf.

(3) Nello stesso lib.

(4) Del tempio di Salom. lib. 5. sez. 1.

re potuisse? Sed velim mihi dici, qua architectura fuerit hoc templum. Villalpandus æneis tabulis excusum ejus schema nobis proposuit capitulis Corinthiis, triglyphis, metopis, zophoris, & reliquo ornatu in speciem Græcanico. Aliud ejusdem schema exhibet Lamyus: nihil in eo tamen Græcum agnoscit, cum Tyrios laudat, & Salomonis operarios; ait enim ⁽¹⁾: Nemo dicat, tunc temporis, cum artes nondum essent inventæ, non multum industrios fuisse Salomonis operarios. Tunc quidem Græci rudes artium erant; nec artifices, nec architectos habebant: scilicet nondum, ut merces, ita & doctrinam in Græciam invexerant Tyrii, apud quos prima artis tectonicæ cunabula constat fuisse. Hujus rei causam deinde afferens, subdit: Originem architecturæ retexuimus, & ostendimus, illam ligneis ædificiis sua debere decora. Illi (Tyrii) in sua patria exercebant artes ante ætatem Salomonis; dicit enim Scriptura: quod non essent alibi viri, qui tam perite ligna secarent. Ergo, quia Græci feros mores non deposuerant, non ideo carebat Fœnicia peritis artificibus: & hoc confert gloriam Judæis; quod, cum Græci, qui immerito inventores artium jactantur, non haberent, nisi humiles casas, & agrestia templa, templum Hierosolymitanum magnitudine sua & opibus in stuporem omnes adduceret. Ex his, quæ retulimus, schema Villalpandi, magnificum illud quidem & egregium, conjicitur, ostendere, non quale templum hoc fuerit ætate Salomonis, quadringentis nimirum & amplius annis ante Tarquinium Priscum Romanorum Regem ⁽²⁾; sed quale tanto post, Villalpandi nimirum tempore, fieri potuisset. Neque vero non video, quædam ex his, quæ Lamyus adserit, apud aliquos fortasse sine controversia esse non posse; sed hujus scriptoris testimonio uti volui, ut palam fieret, esse extra Italum quoque nomen, qui non tam deferat Græcis, quantum eisdem tribuendum quidam censuerunt. Præclare autem Lamyus omnino silet de hujus templi architectura; neque enim verbum ullum est in sacris Literis, ex quo erui possit, quæ demum ea fuerit.

LXV. Quare nihil est in hoc toto ædificio, quo tueri se possint aut immodicorum, aut minus priorum amatores ornatum; etenim, in tam accurata illius descriptione, horum Scriptura non meminit. Loquitur quidem de palmis, & Cherubim cedro insculptis, quæ, ne lapis ullus appareret, templum convestiebatur interius, nimirum tam ea pars, quæ Sanctum, quam altera, quæ Sanctum Sanctorum dicebatur; sed hæc, ut palmæ, item & Cherubim, quæ in ligneis templi ejusdem ostiis calata prominebant, symbolica erant, & ad architecturam non pertinentia. Illud potius objici videtur, quod de capitulis columnarum Jachin, & Booz sacra narrat Historia. Fuerunt hæc ærea, ut & columnæ ⁽³⁾, quasi in modum retis & catenarum sibi invicem miro ordine contextarum elaborata. Inerant in eis lilia, & malogranata, sed quo positu, difficile captu est. Ex schemate, quod habemus in sacris Libris, reticulum pilam efficit duobus hemisphæriis compositam, quorum singula singulos malogranatorum ordines continerent, e reticuli maculis apparentium: reliquas maculas lilia complebant. Alia Villalpandi opinio est; putat enim, liliis e columnæ summo scapo subnascentibus capitulum constituisse, quæ frondibus primum varie productis flores deinde latius in coronam affunderent, æreo tamen & ipsa reticulo conclusa, e cujus maculis suspensa ordine duplici malogranata demitterentur. Contra Lamyus reticulatum nobis vas exhibet, plenum exuberantibus liliis, e cujus orificio alter malogranatorum ordo, alter demissus pendet prope medium, ubi vas latius exporrectum vergit in collum. Hæc nobis non adversantur; nec enim ornatus aut symbolicos, cujusmodi malogranata fuerunt & lilia, aut omnes omnino rejicimus; nec foliis ornari capitula displicet more Corinthio; sed aliud quidpiam, quod postea dicemus. At ex hoc ipso capitulo, quod propius ad Corinthium videtur accedere, aut item ex aliis, quæ Villalpandus putat fuisse in porticibus palmarum foliis, aut olearum composita, nemo sit, qui putet, quidquam Hierosolymitano illi ædificio cum Græcis fuisse commune. Aliqua superius retulimus in hanc sententiam ex Lamyus: plura

(1) Lib. 5. cap. 2. sect. 1.

(2) Lamy cap. 1. sect. 5.

(3) Reg. 3. cap. 7.

riuscir rozza ed imperfetta? Ma vorrei, che mi si dicesse, di qual architettura sia stato un tal tempio. Il Villalpando nelle sue stampe in rame ce ne dà il disegno con capitelli Corintj, con triglifi, metope, fregj, e con gli altri ornamenti in apparenza Greci. Un altro ce ne dà il Lamy, ma in maniera differente, e senz' avervi riconosciuta cosa alcuna di Greco; lodando egli i Tirj, e gli operaj di Salomone, colle seguenti parole⁽¹⁾: *Nessuno dica, che gli operaj di Salomone siano stati poco industriosi, perchè a que' tempi non erano state per anche inventate le arti. Egli è vero, che allora i Greci erano senz' arti, e che non avevano nè professori, nè architetti; perchè i Tirj, a' quali si sa di certo che l'architettura ebbe i suoi principj, non aveano per anche portata in Grecia la loro erudizione, come avean fatto delle lor merci. Ne assegna di poi la cagione, col soggiugnere: *Abbiám parlato dell' origine dell' architettura, ed abbiám dimostrato, ch' ella ebbe i suoi ornamenti agli edifizj di legno. Eglino (i Tirj) coltivavano le arti nella lor patria, prima de' tempi di Salomone: dicendo la Scrittura: perchè non v' erano altrove uomini, che sapessero così ben tagliare il legname. Dunque, non per questo, che i Greci non aveano lasciati i lor costumi ferini, la Fenicia era priva di professori abili: e ciò ridonda in onor de' Giudei, perchè il tempio di Gerofolima e per la sua magnificenza, e per le sue ricchezze era lo stupore di tutto il mondo, in tempi che i Greci, i quali senz' alcuna ragione si decantano per inventori delle arti, altro non aveano, che vili capanne, e rozzi templi. Da quel che abbiám riferito, si congettura, che il disegno del Villalpando, quantunque sia magnifico e fatto con tutta l' arte, non ci fa vedere, com' era questo tempio a' tempi di Salomone, cioè quattrocent' anni e più prima di Tarquinio Prisco Re de' Romani⁽²⁾; ma come si farebbe potuto far tanto dopo, cioè a' tempi del Villalpando. Per altro veggo, che alcune cose asserite dal Lamy non potranno forse andar esenti dall' altrui critica: ho voluto nondimeno servirmi della testimonianza di questo Scrittore, per far vedere, che anche fuor degl' Italiani si ritrova chi non ha appropriato ai Greci quel tanto, che han creduto alcuni doverfi loro attribuire. Ottimamente poi il Lamy tace affatto dell' architettura di questo tempio; non trovandosi nelle sacre Lettere parola da cui possa desumersi, qual mai ella fosse.**

LXV. Laonde in tutto questo edifizio non v' è cosa, con cui si possian difender coloro, a' quali piacciono gli ornamenti sì eccessivi, che improprij; giacchè la Scrittura non ne fa menzione alcuna, quantunque faccia di esso la più esatta descrizione. Parla, egli è vero, delle palme, e de' Cherubini scolpiti nel cedro, con cui era interiormente ricoperto il tempio, acciocchè non ne apparisse pietra alcuna; cioè tanto la parte, che chiamavasi il *Santo*, quanto l' altra detta il *Santo de' Santi*: ma tanto questi, quanto le palme, e i Cherubini intagliati altresì in rilievo nelle porte di legno dello stesso tempio, eran cose simboliche, e non appartenenti all' architettura. Sembra poterfi piuttosto obbiettare quel che dice la sacra Storia intorno a' capitelli delle colonne Jachin, e Booz. Questi, come pur le colonne, eran lavorati di bronzo⁽³⁾, *quasi a guisa di rete, e di catene intessute insieme con un ordine maraviglioso*. V' erano gigli e melagrani, ma in che positura, egli è difficile l' intenderlo. Il disegno che ne abbiám ne' sacri Libri, ci fa vedere, che la rete forma una palla composta di due emisferj, ognun de' quali ha un ordine di melagrani, che si veggono dalle maglie della rete: le altre maglie poi sono piene di gigli. Il Villalpando è d' altro parere; supponendo, che il capitello consistesse in gigli, che spuntando in cima alla colonna, e producendo nel principio frondi da tutt' i versi, venissero poi a dilatarsi col formare una corona di fiori, e ch' e' fossero racchiusi parimente da una rete di bronzo, dalle cui maglie scendesse attaccato un doppio ordine di melagrani. Il Lamy all' incontro ci mostra un vaso pieno di gigli, che s' innalzano sopra la superficie, dalla quale penzola un ordine di melagrani, e un altro ne penzola verso il mezzo, dove il vaso più allargandosi, va a far collo. Tutto questo però non ci osta; giacchè noi non disapproviamo nè gli ornamenti simbolici, com' erano i melagrani ed i gigli, nè gli altri in genere, e nè tampoco ci dispiace l' adornar di foglie i capitelli all' usanza Corintia, ma bensì un' altra cosa che soggiugneremo in appresso. Ma, siccome questo stesso capitello sembra accostarsi al Corintio, e sembrano altresì affomigliarglisi quei, che il Villalpando suppone essere stati ne' portici con foglie di palme, o d' ulivo; così non vorrei, che qualcuno si facesse a credere, che il tempio di Gerofolima abbia avuto qualche cosa di comune con quei della Grecia. Già di sopra abbiám riferito su questo proposito alcune cose, desunte dal Lamy:

d d

e mol-

(1) Nel lib. 5. al cap. 2. sez. 1.

(2) Lamy nel cap. 1. sez. 5.

(3) Nel lib. 3. de' Re al cap. 7.

plura videri possunt apud eundem lib. 2. sect. 3. ubi fusius id tractat. Sed, si Lamyo obtretere quis velit, credet, opinor, Thucydidi Atheniensi, qui adserens, Græcos ante bellum Trojanum omni prorsus caruisse commercio, hanc adfert rationem⁽¹⁾: Omnis enim Græcia gestabat arma; tum quia Græci domicilia nullis munitionibus septa habebant; tum etiam quia tuto commeari non poterant; & vitæ genus armis gestandis affluetum, ut barbari, coluerunt⁽²⁾. Jam vero, cum trecentis annis post captam Trojam Roma condita sit, anno vero Urbis conditæ cxxxvii. regnare Tarquinius Priscus in ea cœperit, hic autem quadringentis & amplius annis fuerit Salomone posterior; facile apparebit, subductis rationibus, templum Hierosolymitanum extructum fuisse circa Trojani belli tempora, cum ex Thucydide Græci rudes adhuc essent, & barbari. Nihil igitur hi in illud ædificium de suo contulerunt; ac proinde, cum simillimum Corinthio, & prope geminum capitulum Salomonis hoc fuerit, mutuati potius inde sunt, quod in propriam architecturam transferrent. Neque vero quemquam moveat Josephus⁽³⁾, qui ait, Herodem, cum porticum atrii gentium instauraret, columnas in ea fecisse opere Corinthio. Villalpandus enim, qui nihil in illo Hierosolymitano ædificio Græcanicum fuisse sentit cum Lamyo, præclare notat, Josephum, quale Corinthium opus esset, quale Palestinum, quod Romæ commoratus aliquandiu esset, ignorare non potuisse; alterum vero cum altero confudisse propter similitudinem, & usitatum eo tempore loquendi morem. Ut itaque Græci ex Samsone Herculem suum, ita & ex Palestino capitulo Corinthium effecerunt: quæ enim de illo legerant in sacris Literis, aut Hierosolymis viderant, imitari studuerunt⁽⁴⁾, foliis tamen palmarum, aut liliorum in acanthi frondes commutatis, non sine anili quoque fabula, ut hujus inventi auctores viderentur: narrat enim Vitruvius⁽⁵⁾, Callimachum, cum supra puellæ sepulcrum calathum vidisset tegula superimposita, e natis acanthi foliis, varieque circumintextis efflorescentem, occasionem inde sumpsisse novi capituli excogitandi; quod cum Corinthi perfecisset, Corinthium ab ea urbe fuisse adpellatum. Utrumque liquet ex hoc figmento, & unde hoc capitulum Græci sumpserint, & quid addiderint de suo. Esto, reticulum Salomonis calathus evaserit; quod quidem quacumque demum forma constiterit, ornatus tantum fuit columnæ superimpositus; ut nunc etiam seu signum, seu quidpiam aliud columnis adjicitur ad ornatum: quis autem calatho pro fulcro usus unquam est? At illi epistylum Græci imposuerunt. Scio, externa tantum specie calathum illum esse, solidum revera marmor; sed hæc ipsa species exoticum quid & prorsus insolens oculis refert, nec minus rei naturæ repugnans, quam præcepto Vitruvii⁽⁶⁾: Quod enim, ait ille, non potest in veritate fieri, id in imaginibus non esse faciendum.

LXVI. Quamquam ab hoc Callimachi inventu longius progressam intelligo fabulandi licentiam. Ajunt enim⁽⁷⁾, columna Corinthia, quod aliquantulum gracilescat, ejusque capitulo puellam repræsentari; ne vero reliqui ordines se neglectos dolerent, opinati sunt, Jonica matronam referri, quod capitulum crispato veluti capillamento sit & obvoluto; Dorica vero, virile corpus, & caput. Quæ, rogo, similitudo intercedit inter has columnas, & istiusmodi imagines? Ea, opinor, quam astronomi agnoscunt inter certos quosdam stellarum positus, & hominum, vel animalium formas, quas illis indiderunt: quod quidem hi fecerunt, non quod similitudinem sequerentur, quæ nulla plerumque est; sed ut stellarum illarum series facilius internosci posset, & memoria retineri. Quid autem spectaverint architecti, cum id commenti sunt, satis exputare non possum: quasi vero perficiendarum cujusvis ordinis columnarum scientia adspectu solo, quod in re sua astronomis accidit, non certis regulis & præceptis contineretur: in quo mirum præterea illud videri mihi solet, quod, cum columna Corinthia virginis speciem dicatur repræsentare, calathus pro capitulo eidem imponitur: ergo aut sine capite virgo hæc est, aut caput habet in calathum fæde commutatum.

(1) Lib. 1. histor.

(2) Lib. 20. cap. 8. antiq. Judaic.

(3) Villalpand. tom. 2. part. 2. cap. 23.

(4) Lib. 4. cap. 1.

(5) Lib. 4. cap. 2.

(6) Vitruv. lib. 4. cap. 1.

(*) Πᾶσα γὰρ ἡ Ἑλλάς ἐστὶν ἠεροφόρος, διὰ τὰς ἀφροίτους τε οἰκίστας, καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρὰ ἀλλήλους ἐφίδους· καὶ ζωνίῃ τιμῆ διαστῶν μετ' ἀπλων ἐποιήσαντο, ὡσπερ οἱ βαρβαροί.

e molte più se ne possono vedere presso il medesimo nel lib. 2. alla sez. 3. dove più a lungo ne tratta. Ma, se qualcuno mai volesse opporsi al Lamy, mi suppongo, ch'è crederà a Tucidide Ateniese, il quale, afferendo, che i Greci prima della guerra Trojana eran privi d'ogni sorta di commercio, ne adduce la seguente ragione⁽¹⁾: *Imperocchè tutta la Grecia portava le armi, sì perchè ancora i Greci non aveano abitazioni difese da veruna fortificazione, sì perchè non avean commercio sicuro, e tennero una maniera di vivere da barbari, non ad altro avvezza, che a portar l'armi*⁽²⁾. Or essendo Roma stata fondata trecent'anni dopo la presa di Troja, ed avendo Tarquinio Prisco incominciato a regnare l'anno cxxxvii. dalla di lei fondazione; ed essendo poi questo Re vissuto quattrocento e più anni dopo Salomone; a raccorre il conto, si trova con facilità, che il tempio Gerofolimitano fu fabbricato circa i tempi della guerra Trojana, allor che i Greci, come dice Tucidide, erano per anche rozzi, e barbari: sicchè costoro non conferirono niente del proprio in quella fabbrica. Ma siccome il capitello di Salomone era similissimo al Corintio, e quasi che il medesimo, furon piuttosto egli-no, che presero di là, con che abbellire la loro architettura. Nè dee muoverci il detto di Giuseppe⁽³⁾, ch'Erode, ristaurando il portico dell'atrio delle genti, vi pose le colonne fatte alla Corintia: imperocchè il Villalpando, il quale s'accorda col Lamy a credere, che nel tempio Gerofolimitano non v'era cos'alcuna fatta alla Greca, osserva molto bene, che Giuseppe, essendo stato in Roma per qualche tempo, non poteva non conoscere in che consistesse la maniera Corintia, e la Palestina, e ch'è confuse l'una coll'altra, attesa la simiglianza, e il modo di parlare di que' tempi. Laonde siccome i Greci di Sansone ne fecero il loro Ercole, così del capitello Palestino ne fecero il Corintio; studiandosi d'imitar quel che di esso avean letto ne' sacri Libri, o veduto in Gerusalemme⁽⁴⁾, col mutar bensì le foglie delle palme o de' gigli in quelle d'acanto, fondandosi parimente in una favola da vecchierelle, per apparire autori di tale invenzione: imperocchè Vitruvio racconta⁽⁵⁾, che Callimaco, avendo veduto sul sepolcro d'una fanciulla un paniere coperto d'una tegola, con foglie d'acanto nate ed intrecciate al d'intorno, gli venne quindi in idea d'inventare un nuovo capitello, ch'essendo poi da lui stato formato in Corinto, fu detto Corintio dal nome di quella città. Da questa finzione si viene in cognizione di due cose; cioè donde i Greci abbian ricavato questo capitello, e che cosa v'abbian aggiunto del loro. Ma si ammetta, che la rete di Salomone divenisse un paniere; pure in qualunque maniera esso fosse formato, altro non fu, che un ornamento posto sopra una colonna, in quella guisa che anche a' dì nostri si pongono o statue, o altre cose per ornamento su le colonne. Ma dove mai si è veduto, che un paniere serva di sostentamento? Nondimeno i Greci vi soprapposero l'architrave. So, ch'è non è paniere, se non d'apparenza, e che in sostanza è marmo massiccio: ma contuttociò quest'apparenza ci fa vedere un non so che di strano e totalmente stravagante, che ripugna e alla natura della cosa che rappresenta, e al detto di Vitruvio⁽⁶⁾, *che non dee farsi in figura quel che non si può fare nel vero*.

LXVI. Ma per altro veggo, che da questa invenzione di Callimaco si è andato molto più oltre col favoleggiare; dicendosi⁽⁶⁾, che il capitello, e la colonna Corintia, per essere un poco gracile, rappresentano una fanciulla; e perchè poi gli altri ordini non abbiano a lagnarli di non esserle, stato fatto alcun conto, si è pensato, che la Jonica rappresenti una matrona, per aver il capitello come una capigliatura increspata ed avvolta; e che la Dorica voglia significare il corpo e 'l capo d'un uomo. Ma, domando, come mai s'assomigliano queste colonne a tali figure? Credo, ch'esse v'abbian che fare, quanto han che fare certe costellazioni colle figure degli uomini, o degli animali, che sono state appropriate loro dagli astronomi; il che per altro questi non han fatto, perchè andassero dietro alla similitudine, che per lo più non vi si trova, ma per ravvisare e tener a memoria la serie di quelle stelle. Qual fine possa abbian avuto gli architetti con tali finzioni, non saprei pensarmelo: quasi che il saper far le colonne di qualsivoglia ordine, dipendesse dal solo aspetto, appunto come succede nell'astronomia, e non da regole certe e da' precetti: e poi mi maraviglio bene, come mai si ponga su la colonna Corintia un paniere, quando si dice, ch'ella rappresenta una vergine: dunque o questa è una vergine senza capo, o il capo l'è stato bruttamente trasformato in un paniere.

d d 2

(1) Nel lib. 1. delle Stor.

(2) Dell' antichit. Giudaic. lib. 20. cap. 8.

(3) Il Villalpand. nel tom. 2. part. 2. cap. 23.

(4) Nel lib. 4. al cap. 1.

(5) Nel lib. 4. al cap. 2.

(6) Vitruv. nel lib. 4. al cap. 1.

tatum. Verum, ut hæc omittamus, quæ ne poetæ quidem fabulati unquam sunt, vetus apud Ægyptios mos fuit, statuas pedibus conjunctis formare, brachiis vero in longum protensis, & ad femora hærentibus, corpore demum recto, sed ita veluti obrigescenti, ut columnæ potius, quam simulacra viderentur. Multa ex hoc genere Romæ sunt in Capitolio, & in privatis ædibus; duo præterea Tiburte in ipso foro, capitulo super eorum capita imposito, tanquam ad onus sustinendum. Hinc factum arbitror, ut Græci imagines sumpserint, quas perperam columnis affingerent; hinc ortas Caryatides, Persasque, quibus columnarum loco uterentur: ut de hoc quoque dici possit, quod de toto genere ait Lamyus ⁽¹⁾: Nisi fabulis veterem historiam corrupissent poetæ Græci, artium primordia deprehenderentur in Ægyptiaca historia, sculpturæ nimirum, rectæque architecturæ, non hujusmodi figmentorum, quæ propterea aliena sunt a veritate: quis enim mulieres putet, quales erant Caryatides, tanto oneri ferendo pares esse potuisse, vultu præsertim tam hilari, rectoque corpore, ut si illinc amotæ essent, saltatrices viderentur? Percurrat lector, quas Le-Royus in sua monumentorum Græciæ schemata retulit, descriptas a me Tab. XX. figg. III. & VI. Multo consultius ii fecerunt, qui in Caryatidum locum Silvanos, aut agrestes robustissimos subdiderunt; cujusmodi sunt, qui in Alexandri Albani Cardinalis Amplissimi villa extra Portam Salariam prægrande aquæ salientis labrum e Syenite lapide sustinent; quorum præterea ex toto corporis habitu ingens nisus apparet & labor, quasi pondere premerentur.

LXVII. Idem de Caryatibus, dicendum de delfinis videtur. Quid enim sustinere hi cauda possunt, aut quem locum habent in capitulis, cum mare incolant; nisi forte in aliquo Neptuni templo, ut symbola potius, quam ornamenta videantur? Hæc, & alia hujus generis, parum veritati consentanea, videri possunt in Tab. XIV. XV. XVI. XVII. & XIX. quæ si quis recte perpenderit, jure mirabitur, dici a Le-Royo ⁽²⁾: En fin il paroît que les Romains manqueraient de ce genie createur qui avoit fait faire tant de découvertes aux Grecs: ils n'imagineroient rien de considerable dans les ordres; celui dont ils s'attribueroient l'invention, que l'on nomme Composite, n'est qu'un mélange assez imparfait de l'Ionique, & du Corinthien. Si enim de ingenio sermo est ad res & ornatus, qui parum apti sint, excogitandos accommodato, hujusmodi vim Romanis nec Græcis invident, nec æmulantur: sin de novis in architecturam inventis ordinibus; undenam didicit, Romanos genus illud, quod Compositum vocant, tanquam suum agnoscere? Æque id gratis adseritur, ac Italos inventionem capituli Jonici angularis ⁽³⁾ Bonarroto tribuere. Ut id manifestum fiat, commemorare hoc loco necesse est, quod idem alibi refert ⁽⁴⁾: Je me résouvins d'un chapiteau antique singulier, qui est à Rome (Tab. VI. fig. XII.) au quel je n'avois pas fait assez d'attention dans le jour que je fis dans cette ville avant mon voiage de Grèce. Il est à la Trinité du Mont sur le piedestal d'une rampe de l'escalier qui sert à monter à l'Eglise des Minimes. Ce chapiteau que j'ai dessiné à mon retour de Grèce en Italie, est parallelogramme par le dessus du tailloir, & à peu près ovale par la partie inferieure qui étoit posée sur le fût de la colonne, comme on le voit par son plan (ut notat in suo schemate). Il paroît convenir parfaitement à des colonnes semblables à celles qui sont à Delos, car ses grands cotés présentent chacun quatre volutes; deux au milieu, qui couronnoient vraisemblablement les faces plattes, qui separoient les deux parties rondes de ces colonnes singulieres; & deux aux extrémités, qui couronnoient les deux parties rondes dont on vient de parler. Antequam ad rem meam veniam, nescio, cur hoc capitulum, quod ante omnium oculos Romæ est, diversum a vero Le-Royus exhibuerit? Conferat lector ejus vestigium, quod ab auctoris schemate desumptum notavi in eadem Tab. VI. fig. XII. lit. B, cum altero, quod accurate descripsi, notatum lit. A, ut intelligat, quantum discriminis intercedat inter utrumque; deinde frondes in eo oleagineas auctor mutavit in quernas; postremo antarum indicia, sive les plattes faces, apposuit de suo, cum nulla revera sint. Nollem ita Le-Royus peccasset; qui enim lapsus est in re tam manifesta, quam fidem paullo infr-

(1) Lib. 2. sect. 1.

(2) Cit. disc. de hist. archit. civil.

(3) Le-Royus part. 2. pag. 18.

(4) In fin. ejusd. 2. part.

niere. Ma per lasciar di dir di cose, che nè tampoco sono state inventate da' poeti, usarono gli Egiziani ab antico di far delle statue co' piedi congiunti, e colle braccia allungate fin sopra i fianchi, e col corpo così teso, e come intrizzito, che rassembravano piuttosto colonne, che simulacri. Ve ne son molte fatte a questa guisa in Roma sul Campidoglio, e nelle case private; e due ne sono nella piazza di Tivoli col lor capitello in capo, come per sostener qualche peso. Quindi, cred'io, che i Greci prendessero le figure, per farne una sì sciocca appropriazione alle colonne; e che quindi sien nate le Cariatidi, ed i Persiani, per servirne in vece di colonne: di modo che anche di ciò può dirsi quel che dice in generale il Lamy⁽¹⁾: *Se i poeti Greci non avessero corrotta colle favole la storia antica, si rinverrebbero nella storia Egiziana i principj delle arti*, cioè della scultura, e della buona architettura, e non di tali finzioni, che sono affatto aliene dalla verità. In fatti chi mai potrebbe figurarsi, che donne tali, quali erano le Cariatidi, fossero capaci di sopportare un peso sì grande, e quel ch'è più, con una faccia così allegra, e con un portamento di vita così svelta, che, di lì se si togliessero, si terrebbero per saltatrici? Dia il lettore un'occhiata a quelle che il Signor Le-Roy ha disegnate fra gli altri monumenti della Grecia, e che da me si riportano nella *Tavola XX. alle figure III. e VI.* Affai meglio fecero coloro, che, in vece delle Cariatidi, vi posero de' Silvani, o villani robustissimi, come son quei della villa dell'Eminentissimo Signor Cardinale Alessandro Albani fuor della Porta Salaria, i quali sostengono una gran pila di granito, e dimostrano colla lor positura la forza e fatica grande, che si figura, ch'è fatto sotto quel peso.

LXVII. Quel che s'è detto delle Cariatidi, sembra poter si dir de' delfini. Imperocchè qual cosa mai possono questi sostener colla coda, o che luogo hanno eglino ne' capitelli, essendo la loro abitazione nel mare; se pur non si trovano in qualche tempio di Nettuno piuttosto per simboli, che per ornamenti? Tali cose, ed altre di simil genere, che han poca relazione al vero, si possono vedere nelle *Tavole XIV. XV. XVI. XVII. e XIX.* le quali chi vorrà ben ponderare, dovrà maravigliarsi, come il Signor Le-Roy possa dire⁽²⁾: *Finalmente si vede, che i Romani non ebbero quell'ingegno creatore, che avea fatto fare tante scoperte a' Greci: non trovarono cos' alcuna considerabile in quanto agli ordini: quello, di cui si appropriarono l'invenzione, cioè il Composito, non è altro, che un mescolamento troppo imperfetto del Ionico e del Corintio*. Poichè trattandosi d'ingegno applicato ad inventar cose ed ornamenti poco convenevoli, i Romani non ne hanno invidia a' Greci, nè con loro ne gareggiano: trattandosi poi dell'invenzione di nuovi ordini d'architettura; donde mai ha egli saputo, che i Romani si sono appropriato il Composito? Senz'alcun fondamento ciò si asserisce; come pure, che gl'Italiani⁽³⁾ attribuiscano a Michelangelo l'invenzione del capitello Ionico angolare. Per porre in chiaro questa verità, egli è necessario di far qui menzione di quel che lo stesso Le-Roy dice altrove⁽⁴⁾: *Mi ricordo d'un capitello antico singolare, che è in Roma (Tav. VI. fig. XII.), a cui io non avea ben badato, durante la dimora che in quella città io feci prima d'andare in Grecia. Egli è alla Trinità de' Monti sul piedistallo del parapetto della scala, per cui si sale alla Chiesa de' Minimi. Questo capitello, che ho disegnato dopo il mio ritorno dalla Grecia in Italia, è parallelogrammo sopra l'abaco, e quasi che ovato nel dabbasso, con cui posava sul fusto della colonna, come si riconosce dalla sua pianta (ch'egli ne dà). Si vede, ch'esso conviene perfettamente alle colonne simili a quelle che sono in Delo: imperocchè ciascuna delle sue gran bande ci presenta quattro volute; due nel mezzo, le quali verisimilmente coronavano le facce piate, che separavano le parti rotonde di queste colonne singolari; e due all'estremitadi, che coronavano le stesse due parti rotonde*. Prima di ritornare al mio proposito, non so, perchè mai il Signor Le-Roy ci faccia veder questo capitello differente da quel ch'egli è in mezzo a Roma esposto alla vista d'ognuno? Paragoni il lettore la pianta che ne ho ritratta dal di lui disegno nella detta *Tavola VI. figura XII. alla lett. B.* coll'altra da me disegnata con tutta la diligenza alla *lett. A.* e vedrà la differenza grande che passa tra l'uno e l'altro. Di più egli ne ha mutate le fronde d'ulivo in fronde di quercia; ed in fine v'ha apposto del suo gl'indizj de' pilastri, o siano *le piate facce*, delle quali non v'ha il minimo vestigio. Mi dispiace, ch'egli abbia presi questi abbaglj; imperocchè chi ha errato in una cosa così patente, qual fede

e e

(1) Nel lib. 2. alla sez. 1.

(2) Nel detto disc. della stor. dell'archit. civil.

(3) Il Signor Le-Roy nella part. 2. alla pag. 18.

(4) In fine della stessa 2. part.

infirmioribus faciet de columnis Deliacis, quas memorat, tam longe positis ab omnium adpectu? Ait enim: Cette reflexion que je fis me fortifia encore dans la pensée ou j'étois que ce n'étoit pas seulement à Delos que l'on s'étoit servi de cette forme de colonnes, mais même que l'architecte qui les avoit employées vraisemblablement dans le même edifice avec des colonnes rondes, ne l'avoit pas fait sans dessein, mais peut être par la solidité de l'edifice. Jam vero, ut ad propositum revertar, de quo cœperam dicere; ex ipso Le - Royo hoc capitulum Compositum, una cum altero prorsus gemino ad scalas ejusdem ædis in monte Pincio, adeo congruit cum columnis ovata forma, quæ in Delo sunt, ut aut alia horum simillima illis imposita, aut hæc eadem illinc detracta videantur. Unde autem sciemus, Romana ne hæc sint, an Græcanica? opinor, ex loco unde prodierunt: at ea ex Græcia attulit Romam eques Gualdus Ariminensis anno MDCLII. Non igitur eorum auctores Romani fuerunt; pulvis enim Græcos quidquam ab Italia mutuari, præsertim ad Deli ornatum, Apollinis templo, & oraculo celebratissimæ.

LXVIII. Verum, ne nimium videar dissentire cum Le - Royo, duo sunt quæ ab eo dici facile patior: alterum, columnis Delis capitulum Compositum fuisse maxime omnium accommodatum; nam cum in columnis, quæ ovata figura sunt, frons quidem gravitatem quamdam ostendet, utrumque vero latus gracilitatem, minus eisdem apte responderet Dorici, Jonicique capituli brevitatem, item & altitudo Corinthii, sed quidam inter hæc medium iis opus erat, cujusmodi est Compositi proportio: alterum, genus hoc ipsum, ex Ionico, Corinthioque conflatum, ab eo improbari; nec enim animadvertit, dum Romanos putat traducere, Græcos vituperare: certe, cum id sentit, cumulum earum laudum deruere incipit, quas in Græcos plena manu congesserat; nam, si genus illud, que l'on nomme Composite, ut ipse ait, n'est qu'un mélange assez imparfait de l'Ionique & du Corinthien, ubi est ce genie créateur qui avoit fait faire tant de decouvertes aux Grecs? Ejus quidem sententia, quod tam imperfectam duorum ordinum mixturam invenerint, laudem non merentur. Veniamus igitur ad reliqua. Ajunt, ordinem Corinthium a Græcis excogitatum. Præter ea, quæ superius ex Lamy retulimus, & ex Thucidide, audiatur hac de re Villalpandus: Quæ omnia, inquit ⁽¹⁾, in ea, quam sæpe retuli, sententia persistere nos cogunt, ut existimemus, Corinthios idem ipsum capitulum Salomonis fuisse imitatos; sed tamen permutasse, ejusque rationem fabulam quamdam effinxisse. Hæc ea est de Callimachi calatho, quam & ipse ex Vitruvio pluribus narrat. Quod igitur imitati Græci sunt, quomodo invenire potuerunt? Nisi forte hac prædicatione digni sunt, quod symbolica palmarum folia in alia commutaverint, quæ nihil significarent, aut, ut res evaderet mirabilior, calathum apposuerint, cui trabes inniterentur. Id vero ne somniaruros, non ædificium. Quare venia danda Romanis est, si, quod Salomoni ipse defuit, ingenio caruerunt.

LXIX. At inquiet aliquis: si nec capitulum Corinthium, nec quidpiam aliud advectum est e Græcia in templum Salomonis; cur hujus schema, quod Villalpandus, & Lamyus nobis proposuerunt, tantopere accedit ad Græcanicam architecturam? Ego vero, quid illi scripserint, attendendum magis arbitror, quam quid fecerint. Sequutus uterque est Regum historiam, & Ezechielis prophetiam: cum autem multa captu difficilia in utraque deprehenderent, aut etiam omissa, vellent tamen integram nobis ædificii totius formam relinquere; fecisse eos arbitror, quod ii solent, qui magnum aliquod ædificium ab ultima vetustatis memoria repetitum oculis subjicere volunt: ut quemadmodum hi nostratia pro peregrinis, quæ non norunt, ædibus illis accommodant; ita & ipsi, ubi sacrarum Literarum lux eos deficeret, conjecturis utentes, architecturæ, & ornatus rationes adhibuerint, quas in omni vita oculis usurpaverant. Formam igitur templi tradiderunt, non quam verissimam arbitrarentur, sed

(1) Tom. 2. part. 2. cap. 23.

meriterà presso le persone poco discrete in quanto alle colonne di Delo, da esso mentovate, le quali sono tanto lontane dall'altrui vista? Dic' egli: *Questa riflessione da me fatta, mi confermò altresì nel supposto, in cui io era, che una tal forma di colonne non si fosse usata solamente a Delo; ma che in oltre l'architetto, il quale verisimilmente nello stesso edifizio ne aveva fatto uso con colonne rotonde, non l'avesse fatto senza il suo fine, ma forse per la solidità dell'edifizio.* Or per ritornare al proposito, di cui io aveva incominciato a ragionare; secondo il Sig. Le-Roy, il capitello Composito, e con esso l'altro ch'è in tutto e per tutto lo stesso alle scale del detto tempio sul monte Pincio, si adatta così bene alle colonne di forma ovata, che sono in Delo, ch'è' sembra, o che vi fossero stati soprapposti capitelli similissimi a questi, o che questi stessi siano stati tolti di lì. Dunque poi potrem noi sapere, se questi siano d'invenzione Romana, o Greca? Io credo ch'è' siano di dove vennero. Or essi furon portati di Grecia a Roma l'anno MDCLII. dal Cav. Gualdo di Rimini. Dunque non ne furono autori i Romani; poichè i Greci farebbonfi vergognati di prendere il minimo che dall'Italia, specialmente per adornar Delo, già famosissima pel tempio, e per l'oracolo d'Apollo.

LXVIII. Ma perchè non paja, ch'io voglia contraddire in tutto al Signor Le-Roy, due cose son quelle, ch'io gli ammetto: la prima, che il capitello Composito fosse il più adattato di tutti alle colonne di Delo, per la ragione che mostrando le colonne ovate di fronte una certa gravità, e dai lati essendo gracili, ad esse non corrisponderebbe nè la bassezza del capitello sì Dorico, che Ionico, nè l'altezza del Corintio; ma vi bisognava un non so che di mezzo, com'è la proporzione del capitello Composito: la seconda, ch'è' disapprovi questa stessa maniera composta della Ionica e della Corintia; non essendosi per altro accorto, che, mentre si supponeva di screditare i Romani, biasimava i Greci: ed in fatti con questo sentimento viene a scemar le tante lodi, che a larga mano egli avea loro date; imperocchè, se l'ordine, *chiamato Composito*, com'esso dice, *non è altro, che un mescolamento assai imperfetto del Ionico e del Corintio*, dov'è egli quell'ingegno creatore, che avea fatto fare tante scoperte a' Greci? Dunque, a parer suo, costoro non meritan lode per aver ritrovato un mescolamento di due ordini cotanto imperfetto. Or bene, venghiamo al resto. Si dice, che l'ordine Corintio sia stato inventato da' Greci. Oltre a ciò che di sopra abbian riportato dal Lamy, e da Tucidide, sentiamo quel che ne dice il Villalpando: *Le quali cose tutte*, scrive egli ⁽¹⁾, *ci fanno star saldi a credere quel che ho detto più volte, cioè; che i Corinti abbiano imitato lo stesso stessissimo capitello di Salomone; ma che per vanagloria, desiderando d'esser tenuti pe' primi inventori di esso, mutassero le foglie di palma in quelle d'acanto, e per motivo d'esso inventassero una certa favola: la qual'è quella del panier di Callimaco, ch'egli racconta diffusamente, desumendola da Vitruvio.* Or dunque come mai possono i Greci aver inventato quello che hanno imitato? Se pur è' non son degni d'un tal vanto per aver mutate le foglie simboliche di palma in altre, che non aveano verun significato, o per avervi apposto un panier sopra cui poggiassero le travi, acciocchè la cosa si rendesse vie più mirabile. Ciò per altro non fu nè pur sognato dagli architetti di Salomone; i quali, se avessero fatto lo stesso, avrebbon creduto di allestire una rovina, non di fare un edifizio. Onde sono scusabili i Romani, se furon privi di quell'ingegno, che nè tampoco ebbe Salomone.

LXIX. Ma dirà taluno: se, per fabbricare il tempio di Salomone, non fu preso nè il capitello Corintio, nè verun'altra cosa di Greco, come poi il Villalpando, ed il Lamy ce ne mostrano il disegno con un'architettura cotanto simile alla Greca? Ma io giudico, che si debba attender più a quel ch'essi hanno scritto, che a quel che han fatto. Tutt'e due han seguitato la storia de'Re, e la profezia d'Ezechiele: e perchè videro, che l'una e l'altra contiene molte cose difficili da intendersi, e molte ne omette, e nondimeno vollero lasciarci un'immagine compita di tutto l'edifizio; mi suppongo, che abbian fatto, come quei che ci voglion far vedere qualche grand'edifizio de' più antichi: cioè, che siccome costoro, per non aver notizia di quel che si usava a que' tempi, adattano a tal sorta di fabbriche le cose nostre; così essi, allor che si trovarono senza la scorta del sacro Libro, andando per via di congetture, sianfi serviti di quell'architettura, e di quegli ornati, che avean veduto in tutto il tempo della lor vita. Sicchè coll'immagine, ch'è' ci han lasciata di quel tempio, non han preteso di farcelo vedere tal qual'egli era, ma di darcene un'idea,

(1) Nel tom. 2. part. 2. al cap. 23.

sed quæ vero, quantum adsequi possent, simillima videretur. Habemus itaque ex his, cur in Græcanicam architecturam propendere visi sint, non tamen idcirco, quod ea putarent templum illud ædificatum; professi enim potius aperte sunt partim ex iis, quæ in sacris Literis animadverterant, partim ex aliis rationibus, nihil in illud ædificium Græcos contulisse, atque adeo, si Thucydidi credimus, ne conferre quidem potuisse. Quamquam quid hæc frustra commentor; cum verius dicendum sit, non Palæstinam architecturam, quæ præcessit, Græcanicæ, sed hanc, quæ subsequuta est, similem illi fuisse?

LXX. Idcirco mirandum non est, si Villalpandus rem altius non repetentibus visus sit Græcorum sequi rationes, aut si eorum nomenclaturam adhibuerit in architecturæ generibus, ejusque partibus nominandis, cum alia non suppeterent nomina, quod Græca tantum invaluissent. Decepit hic error non paucos, qui prima rei specie commoti, quod fonti debebatur, rivo tribuerunt. Ac Villalpandi quidem sententia quæ fuerit de Corinthia ratione, superius ostendimus. Num vero aliter idem censet de genere Dorico? Ait enim, differens de templi ornamentis⁽¹⁾: Modus, quo hæc disponerentur, ex antiquorum observatione, aliqua ratione, petendus est; quippe cum jam multis locis & exemplis ostensum sit, architectandi rationem hanc, potissimum Doricam, ex Salomonis fabricis fuisse petitam: & videmus quidem taurorum crania in metopis sculpta; at ejusmodi ossa certe in Salomonis templo non fuerunt. Dicemus ergo, viventia Cherubinorum capita fuisse insculpta, hominis, aquilæ, leonis, & vituli... Ea tamen Dorici imitati, & ad suas superstitiones revocantes, idolothytorum crania pro Cherubinis effinxerunt. Antiquissimum revera omnium, teste etiam Vitruvio⁽²⁾, fuit genus hoc Doricum, eoque usi sunt Ægyptii, & Etrusci: quare aut architecturam ipsam Græci invenisse dicendi sunt, quod veritati repugnat, aut cum, qui primi fuerunt architecti, hoc genere usi fuerint, illud certe Græci invenire non potuerunt. Quæ igitur sunt Græcorum inventa, quæ adeo a Le-Royo jaçantur? Ionica, opinor, ratio. At idem Villalpandus, relatis tribus generibus, Dorico, Ionico, & Corinthio, a Vitruvio descriptis, ita profequitur: Nos vero, qui unum tantum architecturæ genus agnoscimus hoc toto (Salomonis) ædificio servari, ejusmodi generum distributionem minime persequendam esse duximus, præsertim cum ostensuros nos esse polliciti simus, ab hoc uno architectandi genere reliqua omnia originem duxisse. Quale autem illud fuerit, aliter agnosci non poterit, quam si dixerimus, proprium illud hujus templi fuisse, atque adeo absolutissimum, utpote a Deo traditum; cum de hujus ædificii exemplari David ipse testetur⁽³⁾: Hæc enim omnia venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris. Subsequuti itaque Græci sunt, non præiverunt; & habuerunt quod imitarentur, non quod invenirent.

LXXI. Neque vero reponi illud potest, id ipsum esse Græcorum inventum, quod ex uno illo Palæstinæ architecturæ genere quatuor alia derivaverint. Est id quidem aliquid, sed non ita magnum, ut idcirco Græcis ea nominibus adpellari mererentur. Nam, ut Compositum genus relinquam, quod Le-Royo non placet; tantine fuit palmas in acanthi folia, Hebræum vero reticulum in canistrum commutare, cujus tamen modo vix labrum apparet in capitulis ad fabulæ, credo, memoriam, ut e pristini nominis possessione dejectum, Corinthium adpellandum hoc genus sit? De altero autem quid meriti Græci sunt, ut Doricum diceretur? Nam, ne Roma abeamus, in antiquissima obelisci Vaticani basi hæc eadem architecturæ ratio deprehenditur; quæ cum ad Momphencurium, sive, ut ait Plinius⁽⁴⁾, Nuncoreum Sesostris filium pertineat, fuerit autem hic Rex annis M C I I ante Christum natus; liquebit supputanti, ante Trojanum bellum fuisse positam in Ægypto: quo tempore cujusmodi Græci essent, iterum audiamus

(1) Tom. 2. part. 2. cap. 20.

(2) Lib. 4. cap. 1.

(3) Paralip. lib. 1. cap. 28.

(4) lib. 36. cap. 11.

la quale, per quanto riuscisse loro di fare, fosse la più verisimile. Ed ecco la ragione, per cui pare, ch'è sianfi mostrati propensi all'architettura Greca; non già però mai che credessero, quel tempio essere stato fabbricato alla Greca: molto più, ch'è si son protestati e per quel che avevan raccolto dal sacro Libro, e per altre ragioni, che per quell'edifizio non fu presa cosa veruna da' Greci, e che costoro, se crediamo a Tucidide, nè tampoco avevan che dare. Ma a che giova il diffondermi in questi ragionamenti, quando con maggior verità si può dire, che l'architettura Palestina, avendo preceduto, non poteva assomigliarsi alla Greca; ma che la Greca, per essere stata posteriore, s'assomigliava alla Palestina?

LXX. Per la qual cosa non dee recar maraviglia, se a coloro, che non cercano tant'oltre, è sembrato, che il Villalpando siegua le maniere Greche, o se egli ha usato i loro vocaboli nel nominar le specie e le parti dell'architettura, giacchè per essere in uso i soli nomi Greci, non ve n'erano altri, con cui chiamarle. Non son pochi quei che han preso tal abbaglio, e che, mossi dal primo aspetto della cosa, hanno appropriato al rio quel che doveasi attribuire alla sorgente. Già di sopra abbiam dimostrato, di qual parere si a stato il Villalpando intorno alla maniera Corintia. Ma pensa forse egli diversamente della maniera Dorica? Allor che tratta degli ornamenti del tempio, così dice⁽¹⁾: *Come questi fossero disposti, deesi in qualche modo dedurre da quanto hanno osservato gli antichi; essendosi dimostrato in tanti luoghi, e con tanti esempli, che questa maniera d'architettura, e specialmente la Dorica, fu presa dalle fabbriche di Salomone. Veggiamo scolpiti nelle metope i teschi de' tori; ma queste ossa certamente non furono nel tempio di Salomone. Dunque diremo, che vi furono scolpiti vivi i capi de' Cherubini sotto figura d'uomo, d'aquila, di leone, e di vitello..... e che poi i Dorici, imitando tali cose, e volendole adattare alle loro superstizioni, mutarono i Cherubini ne' teschi degli animali sacrificati.* In fatti la maniera Dorica fu, come attesta ancora Vitruvio⁽²⁾, la più antica di tutte, e fu altresì usata dagli Egiziani, e da' Toscani: laonde deesi dire, o che i Greci inventarono l'architettura, il che è contrario alla verità, o ch'essendosene serviti quei che furono i primi architetti, non possono certamente esserne stati inventori i Greci. Dunque quali sono le invenzioni de' Greci cotanto millantate dal Signor Le Roy? Consistono, io credo nella maniera Ionica. Ma ecco come prosiegue il Villalpando, dopo aver riferite le tre maniere, Dorica, Ionica, e Corintia: *Noi per altro, vedendo essere stata in tutto quest'edifizio (di Salomone) una sola specie d'architettura, abbiam creduto di non dovere andar dietro ad una tal distinzione di maniere, molto più che abbiam promesso di dimostrare, che da questa sola maniera d'architettare han tratto origine tutte le altre.* Di che qualità ella sia stata, non si potrà altrimenti distinguerlo, se non se col dire, ch'ella fu propria di quel tempio, e per conseguente perfettissima, come quella che fu data da Dio; dicendo Davidde intorno al disegno di questo edifizio⁽³⁾: *Imperocchè tutte queste cose mi sono venute scritte di mano del Signore, acciocchè io comprendessi tutte le opere del tempio da fabbricarsi.* Dunque i Greci son venuti dopo, non sono stati prima; ed hanno avuta occasione d'imitare, non d'inventare.

LXXI. Nè giova il dire, che l'invenzione de' Greci consiste in questo, che da una sola maniera d'architettura, qual'era la Palestina, ne abbian ricavate altre quattro: il che, quantunque sia qualche cosa, non è poi cosa sì grande, ch'esse perciò meritassero che d'esser chiamate con nomi Greci. Imperocchè, per non parlare della maniera Composita, che al Signor Le Roy non piace; è stato forse un grande sforzo quello di mutar le palme in foglie d'acanto, e la rete Ebraica in un canestro, di cui appena or apparisce l'orlo ne' capitelli, per mantenerlo, cred'io, la memoria d'una favola; è stato, dico, uno sforzo sì grande, che tolto a questa maniera l'antico nome, le si sia dovuto dare quel di Corintia? E qual merito hanno avuto i Greci rispetto all'altra, che dovesse nominarsi Dorica? Per non uscire di Roma, questa stessa maniera d'architettura si ravvisa nell'antichissimo piedistallo dell'obelisco Vaticano: il quale appartenendo a Monfencurio, ovvero, come dice Plinio⁽⁴⁾, a Nuncoreo, figliuolo di Sefostri, ed essendo questo Re vissuto MCCC. anni prima della venuta di Cristo; fatto il conto, si troverà, che fu innalzato in Egitto prima della guerra Trojana: nel qual tempo chi

ff

(1) Nel tom. 2. della part. 2. al cap. 20. (2) Nel lib. 4. al cap. 1. (3) Nel lib. 1. de' Paralip. al cap. 28.

(4) Nel lib. 36. al cap. 11.

mus ex Thucydide ⁽¹⁾ : Olim enim Græci , & barbari , quotquot in continente degebant , marique vicini erant , quique infulas incolebant , postquam navibus alii ad alios mare trajicere frequentius cœperunt , se se ad latrocinia converterunt , virorum potentissimorum ductu , tum quæstus sui causa , tum etiam ut victum pauperibus quærent . Atque adorti civitates nullis muris munitas , & quæ pagatim incolebantur , diripiebant , & maximam victus partem hinc comparabant ; quod hoc facinus nondum ignominiam haberet , imo vero nonnihil etiam gloriæ potius adferret . Hoc autem nunc etiam tum alii nonnulli , qui in continente habitant , manifeste declarant , quibus decori est hoc egregie exercere ; tum etiam antiqui poetæ , apud quos illi ultro citroque navigantes ubique eodem modo interrogantur , numquid sint latrones ; perinde ac illi , quibus curæ est rem scire , neque eos percontari indignum reputent , neque ubi tales esse sciant , eos exprobrent . In mediterraneis etiam alii alios prædabantur , & ad hoc usque tempus multi Græciæ populi prisco more vivunt , ut Locri , qui Ozolæ dicuntur , & Etoli , & Acarnanes , & qui finitimam horum agro continentem incolunt . Quin etiam ipsæ armorum gestandorum mos apud hos continentis incolas ex veteri latrociniorum consuetudine permansit : omnis enim Græcia gestabat arma ; tum quia Græci domicilia nullis munitionibus septa habebant ; tum etiam quia tuto commeari non poterant , & vitæ genus armis gestandis assuetum , ut barbari , coluerunt ⁽²⁾ . Quare , etsi quidpiam fortasse ex hoc genere Dores immutaverint , cur ad Ægyptios in veteris originis nomen idem non referatur ? Potiori , arbitror , jure Ionicum sibi Græci vindicabunt . Video quidem , unde illud eruerint : nam , cum in capitulis templi Palæstini , aut etiam in zophoris , palmarum folia , vel olearum , paullulum in vertice proclinarentur ad elegantiam , ne , si recta desinerent in abacum , aut in coronidem , horridulæ viderentur , venit in mentem Jonibus capitulorum verticem ita utrinque contorquere & convolvere , ac si duo illi volumina essent apposita . Quod cum minus deinde arrideret ; frontes enim voluminum in antica tantummodo posticaque parte apparebant , utrumque vero latus spoliatus erat , quam ut ab elegantioribus ferri posset ; volumina sustulerunt , ductaque a singulis capituli frontibus duplici curva linea , quæ ad suum quæque abaci angulum pertingeret , ibique in spiram convoluta , singulos capituli angulos , hac utrinque spirali forma ornandum curaverunt . Video , inquam , unde hoc inventum processerit : quo tamen architecturæ compendio ne , an detrimento , non facile dixerim . Quorsum enim curvæ hæ convolutæque lineæ ? Quod enim vix honeste matrona faceret , ut ad tempora capillos ita circumflecteret ; cur id in architectura probandum arbitrabimur ? Nam , cum in ejus operibus gravitas requiratur , hæc autem sinuosis hujusmodi linearum plexibus consistere non possit , quod iisdem & intercisa ipsa , & quibusdam veluti offendiculis detinetur spectator , ne uno oculorum conjectu libere possit , quod intuetur , comprehendere ; idcirco antiquioris architecturæ membra lineis aut ad perpendicularum , aut ad orizontem exactis circumscribi consueverant : secus factum deinde est , nimia novitatis quærendæ prurigine . Qui autem moliti id sunt , idem , arbitror , aggressos , quod is faceret , qui commutare vultum hominis vellet , & in alium convertere . Solius id Divinæ Sapientiæ est , partes ejusdem , licet admodum paucas , ita disponere , ut , si quod perraro accidit , excipias , nemo sit in tanto hominum numero , qui ab altero secerni ore ipso non possit . Caderemus profecto hac in re quoque nos animis , & immodicus novitatis ardor refrigesceret , si libenter agnosceremus , quam exiguis conclusum finibus humanum ingenium sit , ultra quos progredi & ejus imbecillitas , & rerum etiam natura nos vetat . Quemadmodum igitur , qui os humanum , aliqua re vel addita , vel detracta , aut commutata partium mensura

ali-

(1) Histor. lib. I. jam cit.

erano questi scrittori, riferendo un gran numero d'architetti Greci, da' comentarij de' quali, dic' egli, ho raccolto, e ridotto in un sol corpo, tutto quel che ho creduto fare a questo proposito. Adducendo di poi la ragione, per cui egli abbia fatto menzione, non di altri, che de' Greci; molto più, dice, avendo io osservato, che su tal materia sono stati dati in luce molti volumi da' Greci, e dai nostri, a dire il vero, pochissimi. Sicchè, protestandosi Vitruvio di non proporre cose di sua invenzione, ma imparate da' maestri Greci, ed insegnando altresì a chiunque vuol perfezionare i sacri edifizj alla Dorica, le proporzioni da usarsi per farli emendati e senza difetti, cioè, come abbiam detto poc' anzi, co' triglifi mutati di posto, e cogli architravi indeboliti; ne viene in conseguenza, che questa stessa innovazione sia stata un'invenzione de' Greci, approvata da Vitruvio sì, ma non per altro da tutti, almeno in ogni parte: giacchè egli dice ⁽¹⁾: Secondo alcuni antichi architetti non si dovevano fare i templi all' usanza Dorica, perchè v' erano delle simmetrie difettose, e sconvenevoli: così vollero Tarchesio, Piteo, ed anche Ermogene. Nè questa diminuzione d'architrave, prescritta da Vitruvio, ha da intendersi in maniera, che l'architrave debba esser d'un modulo soltanto in apparenza, e al di fuori; e che in sostanza ed intrinsecamente possa pur esser tanto alto, quanto si vuole, per rendere stabile l'edifizio; di modo che in una stessa pietra possa comprendersi, se così piacerà a taluno, architrave e fregio, coll' apporvi, dopo la misura d'un modulo, la linea, o sia cornice, la quale separi l'architrave, e lo distingua dal fregio. Questa spiegazione è piuttosto sottile, che soda; perocchè, senza star a rispondere, che se Vitruvio avesse così inteso, l'avrebbe detto; dove mai si è trovato, che sia stato proibito ai muratori di fare in una gran pietra più membri d'architettura, purchè e' non contravvengano alle leggi dell'architettura medesima? Or queste leggi non solamente prescrivono ciò che riguarda la sicurezza dell'edifizio, ma anche ciò che soddisfa agli occhj: laonde quei che vedessero l'architrave indebolito col permesso delle stesse leggi, e non sapessero, che questo col fregio son tutt'una pietra, e dato ancora ch' e' lo sapessero; nientedimeno facilmente s'ingannerebbono, credendo, che potesse farsi con rettitudine in due pezzi quel che l'accidente non comportasse di doverli fare in uno.

LXXIX. Ma, per tornare alle metope, e a' triglifi, giudico, non doverli ommettere, che questi ornamenti sono d'una spezie da non poterli usare comodamente in tutte le opere Doriche; imperocchè, se si dovrà innalzare un edifizio, che per difetto del sito debba necessariamente farsi con angoli disuguali, sì interni, che esterni, come si dimostra nella figura III. della Tav. XXVI. e i correnti si dispongano su gli architravi in maniera, che le loro fronti corrispondano ai triglifi, e i lacunari alle metope; ne risulterà senz'altro questo difetto, che i lacunari del soffitto, i quali faranno prossimi agli angoli interni, non solo non riusciranno quadrati, ma piuttosto assai bislungi; ovvero così senza fallo giudicherà che siano, chi osserverà le metope e i triglifi: al qual difetto non potendosi in altra maniera ovviare, che col restringere la lunghezza dell'edifizio diagonale, quanto la giusta distribuzione de' triglifi e delle metope richiede, o col prolungarla, quanto la giusta distribuzione de' triglifi e delle metope richiede, o che l'edifizio dovrà riputarsi difettoso, o che non si potrà fare alla Dorica. Quindi, a parer mio, si rende manifesto, che i triglifi e le metope sono una giunta inventata posteriormente alla maniera Dorica, e che non sempre concorda cogli antecedenti membri, disposti tutti con corrispondenza ed armonia. In fatti da che addiviene, che, potendo noi far qualsivoglia edifizio sì alla Ionica, che alla Corintia, vediamo talvolta di non poterlo fare alla Dorica, a cagione di non poterli usare i triglifi, e le metope senza difetto? Vitruvio stesso, sembra, che non disapprovi ciò che abbiam detto circa l'invenzione di tal sorta d'ornamenti, allor che dice ⁽²⁾: Gli antichi muratori, fabbricando in un certo luogo, dopo aver collocati i correnti dalle pareti interne alle parti estreme, sicchè sporgessero in fuori (Tav. XXVII. fig. VI. lett. A), ne murarono gl' intervalli (lett. B); e le cornici e le sommitadi che rimanevan di sopra, furon da loro adornate con lavori di più bella apparenza (lett. C). Risegarono poi gli sporgimenti de' correnti al pari e a perpendicolo delle pareti (lett. D); e sembrando loro, che l'aspetto ne riuscisse ingrato, v' affissero in fronte contra tali risegamenti (lett. E) delle tavolette fatte a guisa degli odierni triglifi (lett. F), e le dipinsero con cera turchina, acciocchè i risegamenti de' correnti, essendo così coperti, non dassero nell'occhio. Talchè le recisioni de' cor-

i i

(1) Nel lib. 4. al cap. 3.

(2) Nel lib. 4. al cap. 2.

derent visum. Ita divisiones tignorum tectæ triglyphorum dispositionem; intertignium (lit. G), & opam (lit. H), habere in Doricis operibus cœperunt. Prominebant igitur prius e muris tignorum frontes: hæc deinde exsectæ, & triglyphi inventi. Jam vero, cum ideo instituti hi sint, ut frontium sectiones obtegant; si ibi tantum, ut par est, conlocentur, ubi frontes sunt ita exsectæ, peccabunt non raro contra usitatas symmetriæ regulas: nec enim pari inter se spatio, ut superius ostendimus, distabunt in epistyllo; ac proinde ne metopis quidem æqualem inter ipsas locum relinquent. Sin in triglyphorum distributione, non frontium exsectarum, sed symmetriæ ratio tantum habebitur; finis non servabitur, ad quem instituti jam fuerant: nec cum symmetria tignorum consentient, quæ interior est in ædificio, quod ipsum vitiosum est. Cum igitur in Ionicis, Corinthiisque rationibus nulla pars sit, quæ pugnet cum altera, quid de triglyphis sentiendum est (sive Doricum genus constituent, sive referendi, tanquam ornatus ad illud sint), quos aliquando & Dorico ipsi generi, atque etiam architecturæ regulis adversari videamus? Certe illud iterum videtur usurpandum hoc loco⁽¹⁾: In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte: nam, dum student Græci rusticitati antiquorum fabrorum occurrere, ne capita tignorum extra muros apparerent; cur, subditis in eorum locum triglyphis, ea iterum apparere voluerunt? Quod si idcirco factum id est, ut conjici ex his posset, quæ tectorum symmetria esset interior; cur in Ionicis, Corinthiisque rationibus locum non habent, cum eorum quoque generum præcipua pars sit recta tignorum, & lacunariorum dispositio? Dum igitur triglyphos Græci tantopere diligunt, quam non leviter offenderint, documento sunt cum ea, quæ superius dicta sunt, tum quod tradit Vitruvius⁽²⁾: mendosæ enim, ut ait, & disconvenientes in his symmetriæ conficiebantur. Quare viderit Le Royus, recte ne aestimaverit⁽³⁾: Ils disposèrent (Græci scilicet) leurs cabannes avec tant de sagesse, qu' en ont toujours conservé la forme; même dans leurs temples les plus magnifiques. Les entablements les plus riches n'ont eu d'autre origine que l'arrangement des pièces de bois du plafond ou du comble qu'ils remarquoient aux côtés lateraux de ces cabannes.

LXXX. Neque vero contrarium suadet, aut in triglyphorum laude ponendum est, quod ait Vitruvius⁽⁴⁾, ædium sacrarum symmetrias ex eis deprehendi: idem enim est, ac si diceret, eas conligi e zophoro posse; nam, cum hujus altitudo e columnarum crassitie petenda sit, ut alibi diximus, triglyphum autem æque altum esse oporteat ac zophorum, nemo est, qui non intelligat, e columnæ modulo triglyphi quoque mensuram pendere, ac proinde nihil illi inesse, quod ad symmetrias investigandas peculiare sit, & præ reliquis partibus proprium. Verumtamen Vitruvius ideo monet, e triglypho deprehendendas esse ædium Doricarum ratiocinationes, quod ex ejus quantitate adeo, ut vidimus, incommoda, triglyphorum & metoparum distributio dependeat. Præterea, si de æde condenda sermo sit, quis unquam triglyphum prius statuet, cæteris omissis, quæ adnotatu digna erant; ab eo autem deinde reliquum ædificii, cum struere illud inceperit, nisi perperam dimetietur? Le Royus, opinor; ait enim⁽⁵⁾: De la largeur des solives ils formerent (les Grecs) le module, mesure, qui ne sert d'abord, qu'à donner aux parties de l'edifice les dimensions respectives qu'elles devoient avoir, pour qu'il fut construit solidement; mais que l'on employa dans la suite pour donner à ces mêmes parties la forme & la grandeur qu'elles devoient avoir pour produire un effet agréable aux yeux. Sin de æde jam condita loquimur, nulla ferme pars ejus erit, modo ædificata recte sit, ex qua reliquarum etiam mensuram non liceat agnoscere. Nihil igitur facit ad triglyphorum commendationem, quod inter ea, quæ ad symmetriarum cognitionem idonea sunt, eos Vitruvius numeraverit. Hoc dixi, non ut triglyphos improbarem, sed ut ostenderem quæ ab illis aliquando in Doricum etiam genus proficiscerentur incommoda. Cæterum utatur his, per me licet, qui volet, vel contra architecturæ regulas: quid enim iis repugnem, qui servire ornatibus malunt, & oculorum voluptati, ut alibi ostendimus? Tenuit hoc olim studium Græcos fortasse plus æquo; ac, ne longius modo abeamus a

(1) Horat. de art. poet. (2) Lib. 4. cap. 3. (3) Disc. de hist. archit. civil. (4) Lib. 1. cap. 2. (5) Loco paullo ante cit.

renti cominciarono ad aver da li innanzi, la disposizione de' triglifi, l'intervallo tra un corrente e l'altro (lett.G), e bopa (lett.H), nelle opere fatte alla Dorica. Dunque antecedentemente i principj de' correnti sporgevano fuor de' muri; e di poi furono rifegati, e furono inventati i triglifi. Or essendo questi stati inventati per coprire i rifegamenti delle cime, se si collocheranno appunto, com'è dovere, dove le cime son così recise; verranno ad esser non di rado fuor della solita simmetria: imperocchè, come abbiám dimostrato di sopra, le distanze tra l'uno e l'altro su l'architrave non saran sempre uguali, e per conseguenza neppur lasceranno alle metope un'uguale distanza tra loro. Se poi nel distribuire i triglifi non si avrà riguardo alle cime recise, ma alla sola simmetria, si deluderà il fine, per cui erano di già stati introdotti; nè corrisponderanno alla simmetria con cui son disposti i correnti dentro l'edifizio; il che parimente è un difetto. Or non trovandosi nelle maniere Jonica, e Corintia parte alcuna, la quale non si accordi coll'altra; che dovrà dirsi de' triglifi (siano pur essi quei che costituiscono la maniera Dorica, o se le debbano riferire come ornamenti) al veder, che tal volta disconvengono alla stessa maniera Dorica, e recedono altresì dalle regole dell'architettura? E' sembra certamente, che debba anche qui ripetersi quel detto⁽¹⁾, che *per isfuggire un errore si cade in un altro, quando non si fa uso dell'arte*: imperocchè, mentre i Greci si studiarono di riparare alla rozzezza degli antichi muratori, per non far vedere le cime de' correnti fuor de' muri, perchè vollero eglino farle di nuovo apparire col sostituirvi in lor vece i triglifi? Il che se fu fatto a fine di far congetturar da essi, qual fosse la interior simmetria de' coperti; perchè poi non usarli nelle maniere Jonica, e Corintia; essendo altresì una parte di esse la più importante il disporne i correnti, e i lacunari con regola e simmetria? Quanto adunque i Greci abbiano errato coll'essere stati cotanto amanti de' triglifi, lo apprendiamo da quel che abbiám detto di sopra, e da quel che dice Vitruvio⁽²⁾, *che vi si commettevano de' difetti, e delle sconvenienze nelle simmetrie*. Or veda un poco il Signor Le-Roy, s'egli abbia avuto ragione di dire⁽³⁾: *Eglino (cioè i Greci) disposero le loro capanne con tanta saviezza, che ne hanno sempre conservata la forma, anche ne' loro templi i più magnifici. I soprornati i più ricchi non hanno avuto altra origine, che l'assettamento de' correnti del soffitto, o del comignolo, ch'essi osservavano dai lati di queste capanne*.

LXXX. Nè vale a farci credere il contrario, nè dee altresì tenerli per un pregio de' triglifi, ciò che dice Vitruvio⁽⁴⁾, che da essi si desumono le simmetrie de' sacri templi; essendo lo stesso che s'ei dicesse, poterli elleno desumer dal fregio. In fatti, dovendosi l'altezza di questo regolare dalla grossezza delle colonne, come abbiám detto altrove, e dovendo il triglifo esser tant'alto, quanto il fregio, ognun comprende, che dal modulo della colonna dipende eziandio la misura del triglifo; talchè questo non ha alcuna particolarità, nè cosa alcuna di proprio, che non abbiano le altre parti, per ritrovare le simmetrie. Vitruvio per altro intanto dice, che le simmetrie de' templi Dorici si debbon desumer dal triglifo, in quanto che dalla grandezza di questo sì imbarazzante, come abbiám veduto, dipende la disposizione de' triglifi e delle metope. Inoltre se si tratterà d'un tempio da farsi, dove si troverà mai chi stabilisca alla prima il triglifo senza far conto delle altre parti ch'eran degne d'esser considerate; e da esso prenderà norma pel regolamento delle parti dell'edifizio, che restano, allor che ne incomincerà la fabbrica? Suppongo, che farà il Signor Le-Roy; poichè dice⁽⁵⁾, *che dalla larghezza de' correnti eglino (i Greci) formarono il modulo, misura, che alla prima non servì, se non se a dare alle parti dell'edifizio le misure rispettive ch'esse doveano avere, acciocchè e' fosse costruito solidamente; ma che per altro fu di poi usata per dare a queste stesse parti la forma e la grandezza ch'elleno doveano avere per produrre un effetto aggradevole all'occhio*. Se poi parliamo d'un tempio già fabbricato, non vi si troverà parte, purchè ella sia fatta con rettitudine, donde non si possa desumere la misura ancora di tutte le altre. Dunque non serve a tenere in pregio i triglifi, che Vitruvio gli abbia annoverati fra le cose atte a farci conoscere le simmetrie. Il che ho detto, non per dispregiare i triglifi, ma per dimostrare quant'imbarazzi talora apportano alla maniera Dorica. Del resto gli usi in quanto a me chi vuole usarli, anche contro le regole dell'architettura: imperocchè come posso io oppormi a coloro, che voglion piuttosto attendere agli ornamenti, e al diletto degli occhj, come abbiám dimostrato altrove? Così piacque una volta ai Greci, forse più del dovere: e per non allontanarci dai

(1) Orazio dell' arte poetic.
(5) Nel luogo poc' anzi citato.

(2) Nel lib. 4. al cap. 3.

(3) Nel disc. su la stor. dell'archit. tivile;

(4) Nel lib. 1. al cap. 2.

triglyphis; quid aliud tabellæ illæ spectaverunt, quibus præfecta tignorum capita ob-
 tecta erant? Quid triplex in eis sculptura, a qua triglyphi nomen nacti sunt, &
 originem? Quid demum cera tabellis illis superinducta, & cæruleo colore conspicua,
 quam ut oculis blandirentur? Ab his veluti rudimentis gradus deinde factus est ad
 parietes quoque marmoreis crustis integendos; nec eorum simplicitas amplius placuit,
 nisi versicoloribus maculis, tanquam quibusdam figmentis, illiniretur. Fatetur nesci-
 re se Plinius ⁽¹⁾, quo primum tempore, marmoris in crustras secandi, &, ut idem
 ait, luxuriam ita dividendi, mos inceperit apud Græcos: factum nihilominus id pu-
 tat Mausoli ætate, qui domum habuit Halicarnassi lateritiis parietibus, Proconnesio
 marmore convestitis. Obiit hic autem Rex Olimpiadis c. anno 11. Urbis vero conditæ
 CCCCLXXIII. Primus idem Romæ præstitit C. Mamurra Eques Romanus, Augusti tempore;
 cujus moris, qui late postea invaluit, vestigia adhuc apparent in templo Pantheon,
 in ruderibus porticus Octaviæ, domus aureæ Neronis, & alibi. Verum, si gravita-
 tem sequeremur, quanto potior nobis esset simplex illa murorum majestas, quæ ipsa
 sibi ornatui est, quam hæc in ædes infusa marmorum & colorum peregrinitas? Nec
 mihi quidem aptius in poëseos, quam in architecturæ opera, cadere videtur Horatia-
 num illud ⁽²⁾: Sit quodvis simplex dumtaxat, & unum: quod cum in potioribus ope-
 ribus a natura ipsa præstitum intelligamus, quam sibi artes imitandam proposuerunt;
 quam longe ab ea aberrabimus, aut quænam ibi unitas & simplicitas reperietur,
 ubi colorum varietas intuentium interturbet adspectum, & adscita ornatuum copia
 impedimento sit, ne architecturæ partes appareant? Quare deruat, opinor, cumulum
 Le-Royus de suis laudibus, quibus onerat Græciam, cum ait ⁽³⁾: Les Grecs mé-
 surant leurs entreprises dans l'art de bâtir, plus lents à donner des marques de génie,
 marchent à pas plus certains vers la perfection. Ils suivent les loix de la nature; ils
 commencent par les idées les plus simples, se conduisent de découvertes en découverts
 à des entreprises plus considérables; produisent en fin les pensées les plus sublimes
 &c. & paullo post: Les premiers pas que les Grecs firent dans l'architecture, furent si
 heureux qu'ils ne s'en sont jamais écartés; & ils méritent en cela les plus grands élo-
 ges, la réflexion ne gâtant que trop souvent les productions simples du premier effort
 du génie. Optime id quidem: sed causæ, quam tuetur, quæso, meminere, ne,
 hac postrema sententia adposita, prævaricator videatur; præsertim cum Montef-
 quiesii axioma retulerit: Un édifice trop chargé de divisions est un énigme pour
 l'oeil, comme un poëme confus l'est pour l'esprit. Nimia enim ornamentorum me-
 ditatio, nihilne simplicibus, ut ea ipse vocat, Græcorum obfuit inventis?

LXXXI. Hæc cum sint, quæ Græci invexerunt in Latium, proponenda videtur hoc
 loco ædificandi ratio, quam in sacris præsertim ædibus Etrusci tenuerunt; hæc enim
 comperta, facilius liquebit, utri populo Romani plus debeant. Agit de ea Vitruvius
 lib. IV. cap. VII. & alibi. Sed quoniam Etruscorum monumenta penitus interierunt, ut
 percipi commodius possit, quid illi in ædificando spectaverint, sit exempli loco ædes,
 quam ostendimus Tab. XXXVIII. ad omnes Tuscanicæ symmetriæ leges ab eodem auctore
 præscriptas accurate conformata. Quia vero schematis hujus cognitio pendet a verbis
 Vitruvii capite superius indicato, hæc autem negotium faceffunt aliquibus; necessarium
 duxi, totum eum locum exscribere, quem hic adpono: Locus, in quo ædes constituetur,
 cum habuerit in longitudine sex partes (ead. Tab. XXXVIII. fig. 1 lit. AB), una dempta, re-
 liquum quod erit latitudini detur (lit. CD). Longitudo autem dividatur bipartito (lit. EF), &
 quæ pars erit interior (scilicet quæ notatur num. 2), cellarum spatii designetur. Quæ erit pro-
 xima fronti (quæ notatur num. 1), columnarum dispositioni relinquatur. Item latitudo dividatur
 in partes decem (lit. GH): ex his ternæ partes dextra ac sinistra (GI, & KH) cellis minoribus,
 sive ubi alæ futuræ sint, dentur; reliquæ quatuor (IK) mediæ ædi attribuantur. SPATIUM quod
 erit ante cellas in pronao, ita columnis designetur, ut angulares (LM) contra antas parietum ex-
 tremorum (NO) e regione conlocentur; duæ mediæ (PQ) e regione parietum, qui inter antas
 & mediam ædem fuerint (RS). Ita distribuantur, ut inter antas (NRSO), & columnas priores
 (LPQM),

(1) Lib. 36. cap. 6.

(2) De art. poetic.

(3) Loc. sup. cit.

triglifi, che cosa significarono elleno quelle tavolette, colle quali furon coperte le fronti de' correnti? Che cosa vuol ella dire quella triplice scultura, dalla quale han preso il nome e l'origine i triglifi? A che altro in fine fu fu quelle tavolette riportata e dipinta di turchino la cera, se non per renderle aggradevoli a vederli? Da questa spezie di principj si giunse a ricoprire anche le pareti di lastre di marmo; ma la loro semplicità non piacque, se non veniva macchiata da diversi colori come da altrettante invenzioni. Confessa Plinio ⁽¹⁾ di non sapere, da che tempo incominciassero appresso i Greci il costume di legare il marmo in lastre, e dividere, com'egli dice, in tal guisa il lusso; nondimeno suppone, che quest'uso fosse introdotto a' tempi di Mausolo, ch'ebbe in Alicarnasso una casa con mura di mattoni, rivestite di marmo Proconnesio. Or questo Re morì l'anno II. della c. Olimpiade, che fu il cccclxxiii. dall'edificazione di Roma. Il primo a far lo stesso in Roma, fu C. Mamurra, Cavalier Romano, a' tempi d'Augusto; del qual costume, che posscia s'avanzò tanto, rimangono per anche le vestigie nel Panteo, nelle rovine del portico d'Octavia, della casa aurea di Nerone, ed altrove. Ma per altro, se attendessimo alla gravità, quanto più apprezzeremmo quella semplice maestà de' muri, la quale serve d'ornamento a se stessa, che questo mischio straniero di marmi e di colori? Sembrami in vero che sia ugualmente adattato alla poesia, come alle opere d'architettura, quel detto d'Orazio ⁽²⁾: *Qualsivoglia cosa debb'essere semplice soltanto, ed unica*: il che osservando noi farli nella maggior parte delle opere dalla natura, che le arti si son proposte d'imitare; quanto ce ne allontaneremo, ovvero quale unità e semplicità si troverà, ove la varietà de' colori abbagli la vista de' riguardanti, e tante giunte d'ornamenti impediscano il veder le parti dell'architettura? Per il che, dovrebbe, come io credo, il Signor Le Roy sminuire tante lodi, colle quali esalta la Grecia, quando dice ⁽³⁾, che i Greci, misurando le loro imprese nell'arte di fabbricare, più lenti a dar riprove d'ingegno, camminano con passi più sicuri verso la perfezione. Seguono essi le leggi della natura; incominciano dalle idee le più semplici, si conducono di scoperte in scoperte ad imprese più considerabili; producono finalmente i pensieri i più sublimi ec. E poco dopo: I primi passi fatti dai Greci nell'architettura, furon così felici, che non se ne sono mai allontanati; e meritano in ciò i maggiori elogi, atteso che la riflessione guasta troppo spesso le produzioni semplici del primo sforzo dell'ingegno. Ottimamente in vero; ma si ricordi in grazia della causa ch'ei difende, per non comparire un prevaricatore col lasciarsi uscir dalla penna quest'ultima sentenza, particolarmente dopo aver riportato l'assiomma del Montesquieu: *Un edificio troppo carico di divisioni, è un enigma per l'occhio, come un poema confuso lo è per lo spirito*. Imperocchè l'aver pensato a tanti ornamenti, non ha forse pregiudicato punto alla semplicità, com'ei la chiama, delle invenzioni de' Greci?

LXXXI. Essendo queste le cose portate dai Greci nel Lazio, sembra doverli ora propor la maniera di fabbricare usata dai Toscani, specialmente ne' sacri templi; imperocchè, vedutosi qual ella sia, si renderà più facile il giudicare, a qual de' due popoli sieno più obbligati i Romani. Vitruvio tratta di essa nel libro IV. al cap. VII. ed altrove. Ma essendo affatto periti i monumenti de' Toscani, per poter più facilmente comprendere, qual sia stata la loro mira nel fabbricare, ci servirà d'esempio il tempio, che si dimostra nella Tav. XXVIII. esattamente conforme alle leggi della simmetria prescritte dal medesimo autore. Ma siccome l'intelligenza di questo disegno dipende dalle parole di Vitruvio nel capitolo di sopra indicato, la interpretazione delle quali si rende ad alcuni difficile; ho creduto necessario di trascriver tutto quel passo, che qui riporto: *Il luogo, in cui si costruirà il tempio, avendo nella lunghezza sei parti (Tav. XXVIII. fig. I. lett. AB); toltane una, tutto il rimanente si darà alla larghezza (lett. CD). La lunghezza poi dividasi in due parti (lett. EF), e quella parte che sarà l'interiore (cioè la dinotata col num. 2) si elegga per gli spazi delle celle. Quella che sarà prossima alla facciata (cioè la dinotata col num. 1), si lasci per disporvi le colonne. Si divida altresì la larghezza in dieci parti (lett. GH): tre di queste da diritta e da sinistra (GI, e KH) si diano alle celle minori, o sia alle navate laterali; le rimanenti quattro (IK) si lascino per la navata di mezzo. LO SPAZIO che nell'antitempio rimarrà innanzi alle celle, dovrà assegnarsi alle colonne in maniera, che le angolari (LM) sieno collocate a retta linea incontro le ante che saranno all'estremità delle pareti (NO); le due di mezzo poi (PQ) dirimpetto alle pareti, che rimarranno fra le ante e il mezzo del tempio (RS). Si distribuiranno in tal maniera, che fra le ante (NRSO), e le colonne anteriori (LPQM),*

(1) Nel lib. 36. al cap. 6.

(2) Dell' arte poetic.

(3) Nel luogo di sopra citato.

(LPQM) per medium iisdem regionibus (NL, RP, SQ, OM) alteræ (TVXY) disponantur. Pars obscura videtur Perraultio hujus loci sententia, & adeo implexa, ut in ea elicienda alii alia interpretes senserint, præsertim ab eo verbo, spatium, a quo ipse adpositam ædis Tuscanicæ, quam perperam ex Vitruvii regulis commentus est, & quam oculis primam subjicio Tab. XXIX. fig. I. Hanc autem loci Vitruviani partem ita vertit: L'espace qui fait le porche au devant du temple sera tellement partagé pour placer les colonnes, que les angulaires (AA) soient au droit des antes (BB) qui sont au bout des murs (CB), & que devant les murailles (EE) qui sont entre les antes (BB) & le milieu du temple (F) il y en ait deux autres (DD) disposées en telle sorte, qu'elles soient entre les antes (BB), & qu'entre les colonnes de devant (AA) il y en ait d'autres (GG) disposées de la même manière. Pace dixerim Perraultii: hæc mihi versio probari non potest; vereor enim, ut Vitruvii mentem adsequutus sit, ac ne potius eam alio detorqueat; nam, cum scribat Vitruvius: Duæ mediæ columnæ e regione parietum qui inter antas & mediam ædem fuerint. Ita distribuantur, ut inter antas, & columnas priores per medium iisdem regionibus alteræ disponantur: Perraultius e postrema hac periodo duas efficiens, eam perinde interpungit, ac si diceretur a Vitruvio: ut inter antas sint, & inter columnas priores alteræ disponantur, ita enim vertit: que... il y en ait deux autres disposées en telle sorte, qu'elles soient entre les antes, & qu'entre les colonnes de devant il y en ait d'autres disposées de la même manière. Hæc interpretandi ratio, quam non absit a divinatione, atque adeo ab ipso comminiscendi genere, nemo est, qui non videat. Quis autem unquam putabit ita loquutum Vitruvium? Quod si fecisset, merito in eum caderet nota illa Perraultii: Le texte est si obscur que les interpretes l'ont entendu diversement. Verum si ædis Tuscanicæ vestigium, quod Perraultius ex textu Vitruvii non recte intellecto nobis exhibuit, conferatur cum eo, quo usus ego sum, patebit fortasse non ita magnas verbas Vitruvii tenebras, quam aliquorum interpretum mentibus obfusasse; qui præterea ex iisdem Vitruvii verbis extremos ædis parietes ad medium pronauum, seu ad secundarum columnarum lineam, producendos putaverunt; at id nunquam docuit Vitruvius, qui, si ita protrahi eos voluisset, ubi ait: angulares columnæ contra antas parietum extremorum conlocentur: dixisset profecto: contra antas procurrentes parietum extremorum: agens enim hic auctor de iis, qui Tuscanicas rationes miscebant aliquando cum Ionicis, & Corinthiis, ait ⁽¹⁾: Nonnulli etiam de Tuscanorum operum ordinationes; quibus enim locis in pronao procurrunnt antæ, in iisdem e regione cellæ parietum columnas binas conlocantes, efficiunt Tuscanicorum, & Græcorum operum communem ratiocinationem. Qui itaque trium horum inter se generum communionem delectarentur, binas ibi columnas statuebant, ubi antas producere Jones, & Corinthii consueverant. Igitur hæc antarum productio propria Etruscorum non fuit, ac proinde Perraultius, cum antas protraxit, pronauum instituit Tuscanicum more Corinthio, & Ionico. Quare, ut Vitruvii verbis utar paullum immutatis, quibus locis Perraultius antas produxit, in iisdem e regione cellæ parietum columnas binas conlocet, & efficiet Tuscanicorum operum ratiocinationem.

LXXXII. Quod attinet ad ædis orthographiam, idem sentio, ac Perraultius, aliique Vitruvii interpretes de columnarum altitudine, de capitulis, de trabium, sive epistylia conlocatione: in reliquis vero, ac præsertim in spirarum forma, quæ ostenditur in Tab. XXIX. fig. I. litt. A. quin ab eorum judicio meum discrepet, a me obtinere non possum; e lacu enim Fucino, quo me nuper contuleram, ut ejus Emissarium lineari pictura diligentius describerem, Albam cum venissem, tribus inde distantem passuum millibus, inter antiquissimi templi rudera in spiram incidi (eadem Tab. XXIX. fig. I. lit. B & C) ad ea, quæ vellem, cognoscenda mihi sane peropportunam: cum enim scribat Vitruvius de Tuscanica architectura agens: Spiræ earum (scilicet columnarum) altæ dimidia parte crassitudinis fiant; habebant spiræ earum plinthum ad circinum, altam suæ

(1) Ibidem.

(LPQM), altre (TVXY) ve se ne dispongano per mezzo incontro agli stessi siti (NL, RP, SQ, OM). Il senso di questo passo sembra al Perrault così oscuro ed intrigato, che gl' interpreti sono stati fra loro di diverso parere nello spiegarlo, specialmente dalla parola, *lo spazio*; dalla quale egli incominciando, riferisce nella sua Opera tutto il rimanente del passo dopo la pianta del tempio Toscano, ivi apposta, e da esso malamente desunta dalle regole di Vitruvio, e che da me vien sottoposta per la prima agli occhj altrui nella *Tav. XXIX. fig. I.* Ecco la traduzione che egli fa di questa parte del passo di Vitruvio: *Lo spazio, che fa il portico avanti al tempio, sarà diviso in maniera per collocarvi le colonne, che le angolari (AA) siano a dirittura delle ante (BB) che sono all'estremità de' muri (CB), e che innanzi alle muraglie (EE) che sono fra le ante (BB) ed il mezzo del tempio (F), ve ne siano due altre (DD) disposte in tal maniera, ch' elle siano fra le ante (BB), e che fra le colonne d'avanti (AA) ve ne siano altre (GG) disposte nella stessa maniera.* Sia detto con buona pace del Perrault; io non posso approvare questa sua traduzione; temendo, che in vece d'aver incontrato il sentimento di Vitruvio, non lo abbia piuttosto pervertito: imperocchè, scrivendo Vitruvio: *Le due colonne di mezzo si dovranno collocare dirimpetto alle pareti, che rimarranno tra le ante e 'l mezzo del tempio. Si distribuiscono in maniera, che tra le ante e le colonne anteriori ve se ne dispongano altre per mezzo incontro agli stessi siti:* il Perrault dell'ultimo periodo facendone due, lo interrompe, come se Vitruvio dicesse: *che siano fra le ante; e che fra le colonne d'innanzi ve se ne dispongano altre:* giacchè così egli traduce: *che... ve ne siano due altre disposte in maniera, che siano fra le ante; e che fra le colonne d'avanti ve ne siano altre disposte nella stessa maniera.* Ognun vede, che questo modo d'interpretare non è diverso dall'indovinare, e in conseguenza dal fingere. In fatti chi mai potrà credere, che così abbia parlato Vitruvio? S'egli avesse così fatto, si meriterebbe veramente la taccia datagli dal Perrault: *Il testo è così oscuro, che gl'interpreti lo hanno diversamente inteso.* Ma se questa pianta del tempio Toscano, esibitaci dal Perrault, e desunta dal testo di Vitruvio non bene inteso, si confronterà con quella, di cui io mi son servito; forse si renderà manifesto, che non son tanto grandi le tenebre sparse nel passo di Vitruvio, quanto quelle, dalle quali è stata offuscata la mente d'alcuni interpreti; che in oltre han creduto di dovere, secondo le stesse parole di Vitruvio, protrar le ante fino alla metà dell'antitempio, o sia alla linea delle seconde colonne: ma non ha insegnato mai questo Vitruvio; e se avesse voluto che si facessero venir tanto innanzi, ov'egli dice: *le colonne angolari sieno collocate a retta linea incontro alle ante che saranno all'estremità delle pareti:* avrebbe certamente detto: *incontro alle ante dell'estremità delle pareti, le quali sporgono innanzi:* imperocchè trattando quest'autore di coloro, che talvolta confondevano le maniere Toscane colle Joniche, e colle Corintie, dice⁽¹⁾: *Alcuni prendendo parimente dalle maniere Toscane le disposizioni delle colonne, le trasferiscono nella composizione delle opere Joniche e Corintie; giacchè, ove nell'antitempio vengono innanzi le ante, ivi collocando essi due colonne, le quali diano incontro alle pareti della cella, rendono comune la maniera delle opere Toscane, e Greche.* Or quei, che si dilettevano di far comuni fra loro queste tre maniere, ponevano due colonne dove i Jonj, ed i Corintj solevano prolungar le ante. Non fu dunque proprio de' Toscani un tal prolungamento di ante; e in conseguenza il Perrault colla protrazione delle ante, ha fatto un antitempio Toscano all'usanza Corintia, e Jonica. Onde, per servirmi degl'istessi termini di Vitruvio un poco variati: *collocbi il Perrault due colonne in que' luoghi medesimi dov'egli ha protratto le ante, con far che diano incontro alle pareti della cella; e così farà il tempio all'Etrusca.*

LXXXII. Per quel che appartiene all'elevazione del tempio, convengo col Perrault, e cogli altri interpreti di Vitruvio circa l'altezza delle colonne, circa i capitelli, e circa l'assestamento delle travi, o vogliam dire architrave: circa il rimanente poi, e in particolare in quanto alla forma delle basi, che si dimostra nella *Tav. XXIX. fig. I. lett. A.* non posso non esser di parer diverso dal loro; imperocchè, trasferitomi dal Lago Fucino, dove mi era portato per prendere un più esatto disegno di quell'Emisario, ad Alba, tre miglia indi distante, tra le rovine d'un antichissimo tempio, m'imbattei in una base (*d. Tav. XXIX. fig. I. lett. B, e C.*), che non poteva essere più al proposito per farmi venire in cognizione di quel ch'io voleva; imperocchè scrivendo Vitruvio, allor che e' tratta dell'architettura Toscana: *Le loro basi (cioè delle colonne) si facciano alte per la metà di quanto saranno grosse: abbiano le loro basi il plinto rotondo, alto per la metà della*

(1) Ivi.

suæ crassitudinis dimidia parte; torum insuper cum apophysi crassum quantum plinthus: facile ex his intellexi, Albanam eam spiram ad hoc architecturæ genus esse referendam: nam & plinthus ad circinum, & reliquæ mensuræ Vitruvianis præceptis recte congruunt: si vero non etiam ad scrupulum, architectorum licentiæ tribuendum id est; aliquid enim a communibus mensuris aberrare, liberum hi sibi semper esse voluerunt, modo nec intuentium offendant oculos, nec ædificii dignitatem imminuant. Atque, ut magis liqueat, spiram hanc, & proinde etiam templum, rationis esse Tuscanicæ, genus enim architecturæ a spira maxime deprehenditur, locus accedit, de quo loquens Strabo, ⁽¹⁾ Præcipue vero, inquit, in mediterranea Latinarum urbium regione Alba est, Maris finitima, & in alto colle sita ⁽²⁾. Item Appianus ⁽³⁾: Parvum quoddam oppidulum Romani olim munientes in Æquanis, Albam a metropoli vocaverunt ⁽⁴⁾. Livius demum ita refert ⁽⁵⁾: L. Genucio, Sex. Cornelio Cos. Soram, atque Albam coloniæ deductæ. Albam in Æquos sex millia colonorum scripta. Cum itaque hoc oppidulum Romani munierint, atque adeo, ut arbitror, amplificaverint, tria enim passuum millia murus, cujus adhuc extant vestigia, constatur, intra vero has munitiones templum sit, hoc quoque a Romanis conditum adfirmare merito possumus; præsertim cum aræ insideat arte factæ, & muro substructæ eadem, ac munitiones reliquæ, forma, incerti, ut ajunt, generis, denticulatis nimirum compacto lapidibus, & invicem in nexis eo tantum ordine, qui esset ad firmitatem aptissimus. Dein vero multo ante coloniam illuc deductam munitum a Romanis hoc oppidulum fuisse, evincitur, opinor, & ex hac murorum structura, & ex Albæ nomine, quo illud a Latii metropoli adpellandum esse censuerunt, & ex tot colonorum millibus, qui ægre parvum ante munitio- nem oppidulum, ut ait Appianus, incolere potuissent. Sed, etiamsi velimus id factum circa annum Urbis conditæ cdl. quo anno deducta colonia est, Genucio, & Cornelio Cos. cum per id tempus nondum inuenta Romam esset Græcorum architectura, nec enim triumphatum erat de Macedonibus; Tuscanica vero Romani, Latinique uteren- tur: illud consequitur, ut Albana hæc monumenta Etruscorum architecturæ adju- canda videantur. Quia vero Tuscanicæ spiræ formam nobis non indicavit Vitru- vius, hujus autem interpretes eandem ac Græcanicam eam esse putaverunt; quanto- pere hæc dissideant inter se, & quæ Tuscanica vere sit, ab hac Albana statuendum arbitror. Non igitur teres in ea torus est, ac rotundus corollarum more, sed sphæ- ræ instar dimidiæ, seu tori Græcanici in latum dissecti, qui latiori sui parte plin- tho superincumbat. Consulatur Tab. XXIX. fig. I. litt. B, & C; ex qua præterea deprehen- ditur eadem in toro, apophysi, & plinthe Albana linearum curvatura, quæ est in obelisci Vaticani spira (Tab. IV.); ut proinde hinc liqueat, magnam inter ar- chitecturam Tuscanicam, & Ægyptiam affinitatem intercedere, & ex eodem Chal- daeorum fonte utramque, ut opinor, olim esse derivatam.

LXXXIII. Cætera, quæ sint, in quibus ab interpretibus Vitruvianis dissentio, facile possunt intelligi, modo schemata, quæ a me allata sunt Tab. XXVIII. fig. II. & Tab. XXIX. fig. II. conferantur cum iis, quæ Perraultius, & Le-Royus edide- runt, & quæ adposui Tab. XXIX. fig. III. Cum enim dicat Vitruvius: Supra tra- bes (scilicet supra epistylum, Tab. XXIX. fig. II. litt. A), & supra parietes (litt. B) trajecturæ mutulorum (litt. C) parte quarta altitudinis columnæ (litt. D) projiciantur: miror, in hunc locum tam vehementer offendisse Perraultium, ut contra Scriptoris mentem eum interpretetur: Ces pièces de bois (idest hoc epistylum, Tab. XXIX. fig. III. litt. C.) avec les murs qui sont dessus (vi- delicet, cum zophoro supra imposto, litt. A) & les mutules qui sont saillie (lit. B) auront tous ensemble la quatrième partie de la hauteur de la colonne. Nam quis un- quam arbitrabitur, hæc Vitruvii verba: Supra trabes, & supra parietes tra- jecturæ mutulorum parte quarta altitudinis columnæ projiciantur: ita esse in- telligenda, ut significant: Trabes, & parietes supra impositi una cum mu- tulis

(1) Lib. 5. (2) In Hannibal. (3) Lib. 10.

(*) Μαλιστα δὲ ἐν μεσογαίᾳ τῶν Λατίνων πόλεων ἐστὶν ἡ Ἀλβα, ὁμορῶσα Μαρσῶϊς Ἰδρυται δ' ἐπ' ὑψηλῆς πέγῃ.

*sua grossezza; ed in oltre il toro coll'apofisi grosso quanto il plinto: tosto m'avvidi, che la base d'Alba dovea riferirsi a questo genere d'architettura: giacchè il plinto è rotondo, e le altre misure convengono benissimo co' precetti di Vitruvio; e se non sono le stesse stessissime, dee ciò attribuirsi ad una licenza degli architetti, i quali si son sempre presi la libertà di trascendere nelle misure comuni, quando non ne rimane offeso l'occhio de' riguardanti, o diminuito il decoro dell'edifizio. E per render vie più manifesto, che questa base, e in conseguenza anche il tempio, sono di maniera Toscana, giacchè le maniere nell'architettura si distinguono per lo più dalle basi, abbiamo un luogo, di cui parlando Strabone⁽¹⁾, così dice: *Tra le città Latine nella parte mediterranea una principalment e è Alba, la quale confina co' Marfi, ed è situata su d'un alto colle*⁽²⁾. In oltre Appiano⁽³⁾: *I Romani fortificando anticamente un certo piccol paese negli Equi, lo chiamarono Alba dalla loro metropoli*⁽⁴⁾. Livio finalmente così riferisce⁽⁵⁾: *Sotto il consolato di L. Genucio, e di Sesto Cornelio, furon fondate le colonie di Sora, e di Alba. I coloni scritti per Alba negli Equi furon seimila*. Or avendo i Romani fortificato questo paese, ed in conseguenza ingranditolo, come io suppongo, giacchè le sue mura, delle quali per anche rimangono le vestigie, han tre miglia di giro; ed essendo un tempio dentro queste fortificazioni; abbiamo tutta la ragione di dire, che anche questo sia stato fondato dai Romani; molto più ch'egli è situato in un'aja fatta apposta, e sustruita, come sono le altre fortificazioni, d'opera chiamata incerta, cioè di pietre dentate, e connesse insieme non con altro ordine, che con quello che fosse il più atto a renderle stabili. Che questo paese poi sia stato munito dai Romani molto prima che vi fosse condotta la colonia, lo comprovano, a mio credere, una sì fatta struttura di mura, il nome d'Alba, che pensarono di dargli dalla metropoli del Lazio, e tante migliaja di coloni, i quali malamente avrebbon potuto ricovrarsi in una piccola terricciuola, come dice Appiano, qual ella era prima d'essere stata munita. Ma, quantunque ammettiamo essere ciò avvenuto circa gli anni cdl. di Roma, nel qual anno vi fu condotta la colonia, essendo Consoli Genucio, e Cornelio, siccome di quel tempo non era stata per anche portata a Roma l'architettura de' Greci, non essendo seguito il trionfo de' Macedoni; ed i Romani, e i Latini usavano quella de' Toscani: ne viene in conseguenza, che questi monumenti di Alba debbano dirsi d'architettura Toscana. Non avendoci però Vitruvio indicata la forma della base Toscana, ed avendo perciò gl'interpreti supposto, ch'ella fosse la stessa, che la Greca; credo, che da questa d'Alba possa prenderfi regola, quanto sia grande la differenza che passa tra l'una e l'altra, e qual di esse sia veramente Toscana. Non ha ella dunque altrimenti il toro ripiegato in tondo, come le corone, ma a guisa di mezza sfera, o sia del toro Greco tagliato per lato, e che posà colla parte più larga sul plinto. Si veda la *Tavola XXIX. fig. I. lett. B, e C*, dalla quale in oltre rilevasi, che nel toro, nell'apofisi, e nel plinto d'Alba v'è quella medesima curvatura di linee, la quale si vede nella base dell'obelisco Vaticano (*Tav. IV*); talchè quindi apparisce, essere stata molta similitudine tra l'architettura Toscana, ed Egizia, ed aver avuta l'una e l'altra, come io giudico, la lor prima origine dai Caldei.*

LXXXIII. Quali poi sian le altre cose, nelle quali io non m'accordo cogli'interpreti di Vitruvio, si possono agevolmente rilevare col paragone dei disegni ch'io ne do nella *Tav. XXVIII.* alla *fig. II.* e nella *Tav. XXIX.* parimente alla *fig. II.* con quei del Perrault, e del Signor Le Roy, che da me sono stati riportati nella *Tavola XXIX.* alla *figura III.* Imperocchè dicendo Vitruvio: *Sopra le travi (cioè sopra l'architrave Tav. XXIX. fig. II. lett. A), e sopra le pareti (lett. B) i trapassi de' mutuli (lett. C) si facciano sporgere in fuori per una quarta parte dell'altezza della colonna (lett. D):* mi maraviglio, che il Perrault abbia sì fattamente traveduto, che spieghi questo passo tutto all'opposito di quel che ha voluto dir lo Scrittore: *Queste travi (cioè quest' architrave, dic' egli, Tav. XXIX. fig. III. lett. C) co' muri, che vi son sopra (cioè col fregio soprappostovi, lett. A), ed i mutuli che sporgono in fuori (lett. B), avranno tutti insieme la quarta parte dell'altezza della colonna.* E chi mai giudicherà, che queste parole di Vitruvio: *Sopra le travi, e sopra le pareti i trapassi de' mutuli si facciano sporgere in fuori per una quarta parte dell'altezza della colonna:* debbano intenderfi in maniera, che abbiano a significare: *Le travi, e le pareti che vi son sopra, assieme co' mutuli* che

(1) Nel lib. 5. (2) In Annibal. (3) Nel lib. 10.

(**) Μικρὸν δὲ π πολίχνιον Ῥωμαῖοι ποτὲ ἐπιτεχνίζοντες Αἰτανοῖς, Ἀλβαν ἀπὸ τῆς μητροπόλεως ἐκάλεισαν.

tulis projectis efficient altitudinem quartæ partis altitudinis columnæ ? Neque vero culpari locus potest, tanquam obscurus; quod tamen facit Perraultius: utinam enim tam perspicuo sermone usus semper esset Vitruvius. Sed cum videret, aliam esse Vitruvii sententiam, & ita accipiendam, ut eam ipse proposui Tab. XXIX. fig. II. nihilominus non putavit, quod ille ait apparence que la faillie des bouts des chervons, qui sont appellés mutules, soit de la quatrième partie de la hauteur de la colonne, ainsi qu'il semble que le texte veuille faire entendre: hac opinor de causa, quod tanta mutulorum projectio Græcorum legibus adversaretur. Verum meminisse eum oportuerat, de qua Architectura ageretur, nimirum de Tuscanica, quæ cum antiquior Græca sit, nihil pendet a Græcorum præceptis; nisi forte in ea & ipse opinione est, hoc Tuscanicum architecturæ genus e Græcia profluxisse: quemadmodum sine ullo fundamento adserit Le-Royus, cum scribit ⁽¹⁾; que l'ordre Dorique... transporté dans la Toscane, ces derniers peuples l'appauvrirent... ils n'eurent pas assez de génie pour en faire un ordre nouveau: ac proinde pari ferme ratione, ac Perraultius, locum Vitruvii ita explicat: L'entablement doit avoir le quart de la hauteur de la colonne. Præter hos, alii quoque non desuerunt, quibus, quod idem sentirent de Tuscanicæ architecturæ origine, abnormis visa est hæc mutulorum projectura: adversari tamen manifeste Vitruvii sententiæ ausi non sunt, rati, huic occurri vitio satis commode posse unius voculæ mutatione; si nimirum loco, altitudinis columnæ, ut habet textus, legerent, latitudinis: sed præter quam quod lectioni huic omnes codices refragantur; quis unquam latitudinis vocem usurpavit, cum de rotundis corporibus ageretur, nec potius diametri? Hac certe usus Vitruvius semper est, altera vero nunquam; atque adeo, ne si optasset quidem, eam hoc loco adhibere potuisset: nam, cum varia columnæ latitudo sit, ab imo enim scapo ad medium ita hæc excrescit, ut paulatim deinde ad summum usque scapum minuatur; quænam harum latitudinum dicenda esset nobis a Vitruvio proposita simplici illa incertaque voce, latitudinis, quam sequenter præciperet Vitruvius; mihi quidem non tam legentes docere, quam illudere videretur. Quamquam quid opus fuit hujusmodi remediis, ut medicina malo fieret, quod non in re positum est, sed in aliquorum opinione; cum sanari multo facilius hæc posset, modo faterentur, quod eos tamen facere necesse est, Etruscorum architecturam suis uti legibus, non vero Græcanicis? Si enim ab his penderet, eisque adversaretur, reprehenderet, opinor, id ipsum Vitruvius; nec de mutulis certa mensura exporrigendis Etruscorum præcepta traderet, ut ita eos sui esse juris ostenderet, & a Græcorum servitute vindicaret. At tanta hæc mutulorum projectura Græcis non placet; addas, licet, etiam Græcorum studiosis. Quid tum? At placuit Etruscis. A mutulis ad eorum antepagmenta in hac Etrusci templi structura transit Vitruvius: Item in eorum (scilicet mutulorum) frontibus antepagmenta figantur. Hæc, si de ostiis agitur, ornatus quidam erant ex eodem auctore, quo postium facies a summo ad imum honestabatur, ut oculis gratior accideret: si vero de mutulis, additamentum ita esse quoddam oportuit, quod perpetuo infra tectum gyro mutulis præfixum eos obtegeret, & ad angulos epistyliorum & parietum, ubi mutuli nec sunt, nec vere esse possunt, se quoque flectens in angulum, spatium intercluderet, quod aliter, non sine oculorum offensione, vacuum relinqueretur. Id causæ fuit, cur Etrusci antepagmentis usi sint, quæ & vitium, si quod esset in ædificiis, adimerent, & novam quamdam eisdem venustatem arcesserent; ut patet ex Tab. XXIX. fig. II. litt. E, & Tab. XXVII. fig. V. simili ferme ratione, qua frontes tignorum Jones, & Corinthii, Dores denticulos, in suis operibus apparere noluerunt.

LXXXIV. Pergit deinde Vitruvius: Supraque ea (antepagmenta) tympanum fastigii ex structura, seu de materia conlocetur (Tab. XXIX. fig. II. litt. F.); supraque id fastigium, columnen, canterii, templa ita sunt conlocanda, ut stillicidium tecti absoluti tertiaro respondeat. Hunc locum non satis mihi quidem videntur intellexisse quidam hujus scriptoris interpretes; vertit enim Perraultius: Il faudra sur cela (scilicet supra antepagmenta) élever le fronton de maçonnerie, ou de charpenterie, qui soutienne le fa-

stage

(1) Disc. del' Hist. archit. civil.

*che sporgono in fuori, faranno l'altezza della quarta parte dell'altezza della colonna? Qui poi non può dirsi, che il passo sia oscuro, come fa il Perrault: così chiaro avesse parlato sempre Vitruvio! Ma vedendo egli, che il sentimento di Vitruvio era diverso, e dovea prenderli, com'è stato da me proposto nella Tav. XXIX. alla fig. II. non si volle contuttociò indurre a credere, che si possa dare, che i trapassi de' mutuli sporgano per la quarta parte dell'altezza della colonna, come pare che il testo voglia far intendere: cred'io, per questo, perchè un sì grande sporgimento di mutuli era contrario alle leggi de' Greci. Bisognava per altro, ch'ei si ricordasse, di qual architettura trattavasi, cioè a dire della Toscana, la quale essendo più antica della Greca, non ha che fare co' precetti de' Greci; se pure anch'egli non è di quel sentimento, che questa maniera Toscana d'architettura sia provenuta dalla Grecia, come asserisce senza verun fondamento il Signor Le Roy, scrivendo ⁽¹⁾, che, trasportato in Toscana l'ordine Dorico..... questi ultimi popoli l'impovertirono..... e non ebbero ingegno bastante per farne un nuovo ordine: e perciò ancor esso, come il Perrault così spiega il passo di Vitruvio: Il soprornato debbe avere un quarto dell'altezza della colonna. Vi sono stati, oltre a questi, anche degli altri, i quali, essendo dello stesso sentimento intorno all'origine dell'architettura Toscana, hanno riputato troppo irregolare questo sporgimento di mutuli; ma per altro non hanno ardito di mostrarsi manifestamente contrari al sentimento di Vitruvio, credendo di poter rimediare a questo difetto colla mutazione d'una sola paroletta, cioè col leggere, della larghezza della colonna, e non dell'altezza, com'è nel testo: ma, oltre a che tutti i codici son contrari a questa lezione, chi mai ha usato la voce, larghezza, trattando di corpi rotondi, in vece di quella di diametro? Vitruvio senza dubbio si è servito sempre di questa, o non mai dell'altra; e quando anche avesse voluto usarla, in questo proposito non avrebbe potuto: imperocchè essendo varia la larghezza della colonna; giacchè questa dal basso fino al mezzo va crescendo in guisa, che poi va a poco a poco diminuendosi fino alla cima; quale di queste larghezze avrebbe a dirsi che ci venisse proposta da Vitruvio con quella semplice e vaga parola, della larghezza, di cui servendoci non avessimo a fare i mutuli che più, o meno del dovere avessero lo sporgimento negli edifizj? Se Vitruvio fosse così negligente nel dar queste regole, a me certo sembrerebbe, ch'egli non ammaestrasse, ma schernisse i leggitori. Se non che qual bisogno v'era di sì fatti rimedj per ovviare ad un male, che sta, non nella cosa, ma nell'opinione d'alcuni; giacchè questa potrebbe molto più facilmente sanarsi, purchè confessassero, come pur son costretti a fare, che l'architettura Toscana ha le sue leggi particolari, ma non Greche? Imperocchè s'ella dipendesse da queste, e vi contravenisse, ciò a mio credere verrebbe riprovato da Vitruvio; nè esso darebbe i precetti de' Toscani circa lo sporgimento de' mutuli fino ad un certo segno, per farci con ciò vedere che avevano il proprio loro regolamento, e per liberarli da ogni obbligazione alle leggi de' Greci. Ma questo sì grande sporgimento di mutuli non piace ai Greci; e può anche aggiugnersi, agli amatori de' Greci. E così? Piacque per altro ai Toscani. Dai mutuli passa Vitruvio in questa costruzione del tempio Toscano ai loro antepagamenti: *In oltre si affigano loro in fronte (cioè de' mutuli) gli antepagamenti.* Questi, se si tratta delle porte, erano, secondo lo stesso autore, un certo ornamento, con cui si decorava la superficie degli stipiti da capo a fondo, acciocchè comparisse più aggradevole agli occhj; se poi si tratta de' mutuli, bisogna, che fossero una certa giunta in giro continuato sotto il tetto, che posta innanzi ai mutuli, li ricoprissi, e negli angoli degli architravi e delle pareti, dove non sono, nè possono esservi mutuli, piegandosi parimente in angolo, venisse ad intrachiudere quello spazio, che altrimenti, non senza dare nell'occhio, rimarrebbe voto. Questa fu la cagione, per cui i Toscani usarono gli antepagamenti; con cui non solo rimediavano a quel difetto che si fosse incontrato negli edifizj, ma ancora li decoravano di nuovo abbellimento, come si vede nella Tav. XXIX. alla fig. II. lett. E, e nella Tav. XXVII. alla fig. V. in quella guisa appunto, che i Joni, ed i Corintj non vollero fare apparire nelle loro fabbriche le cime de' correnti, e i Dori i dentelli.*

LXXXIV. Passa poi Vitruvio a dire: *E sopra questi (antepagamenti) sarà situato il timpano del colmigno; il quale sarà o di muro, o di legname (Tav. XXIX. fig. II. lett. F.): sopra il colmigno poi dovranno situarsi l'asinello, i cantieri, e i tempiali in maniera, che lo stillicidio del tetto perfetto corrisponda al terziario.* Il qual passo sembrami che da alcuni interpreti di questo scrittore non sia stato ben inteso. Eccone la traduzione del Perrault: *Bisognerà innalzarvi sopra (cioè sopra gli antepagamenti) il timpano o di muro, o di legname; il qual sostenga l'asinello*

(1) Disc. su la storia dell'archit. civile.

stage, les forces, & le pannes; le tout de telle sorte, que la pente du toit soit pareille à celle du fronton (Tab. XXIX. fig. III. lit. D) qui doit être fort élevée (lit. E) Verum quis unquam dixerit, stillicidium tecti idem esse, ac ejusdem declivitatem; cum stillicidium ea postrema tecti pars sit extra murum, ex qua imbres decidunt; declivitas vero, totum illud tecti spatium, quod a culmine ad stillicidium paulatim inclinatur ac subsidet? Harum vocum non aliam vim esse, & ratio docet, & ipse Vitruvius; cum ad hoc idem significandum iis uti semper consueverit. At quam parum commode idem interpretatur reliquum quod est ejus loci, ubi præscribitur, ut stillicidium tecti absoluti tertiarium respondeat! Respondere idem est, ac unum ad aliud referri, sive proportionis, aut similitudinis nomine, sive alia quavis de causa, itaque comparisonem quamdam institui necesse est, ut duo sibi in aliqua ratione respondeant, & invicem referantur. Cum igitur stillicidium Vitruvius cum tertiarium comparat, illudque respondere huic velit certa quadam proportionem, & mensura; etiamsi dederim hoc loco, stillicidium, & tectum pro eodem accipi posse, tertiarium vero esse ejusdem fastigium, quod recte ne dici possit, inferius videbimus; quorsum ea ad hunc locum appendix Perraultii, qua docet, fastigium valde elatum esse oportere? Etiamne attollendum ita est, cum ædes fuerit angustior, nec expeditus imbrium defluxus id postulet? Quid autem attulerit fastigium; hujus vero altitudinis modum nullis finibus circumscribere, eumque structoribus pro arbitrato statuendum relinquere? Hæc interpretatio, hinc etiam evincitur, quam aberret a Vitruvii sententia, quod hic certum quiddam & definitum tecti inclinationem cum fastigii elatione ita comparat, ut hanc, a qua pendet altera, incertam relinquat; ac proinde sibi invicem hæc duo respondere non possint. Aliter hunc locum explicat Le-Royus; ita nihilominus, ut in aliquibus Perraultio consentiat: ait enim⁽¹⁾: La pente du toit sera pareille à celle du fronton, qui doit former le tertiarium, ou faire avec l'ordre qui le supporte, dont il est le tiers, un tout, qu'il appelle tertiarium. Pro eodem heic quoque stillicidium & tectum accipitur, eadem præscribitur tecti inclinatio, ac fastigii altitudo; sed in eundem etiam scopum, in quem Perraultius, videtur Le-Royus impingere: cum enim, quanta in Tuscanica ratione esse debeat mutulorum projectura, quærat Vitruvius, cur nobis obtrudatur fastigii altitudo: quam Le-Royus quidem ita definit, ut in ædificio tertium Perraultius vero interminatam relinquit? Quid autem ab utroque præcipitur, ut tectum tantum vergat in declive, quantum fuerit elatum fastigium; cum hæc æqualitas servari revera non possit? Si enim stillicidium tecto continetur, ac proinde idem est, æqualitatem vero declivitatis in eo cum altitudine fastigii terminari necesse est ea linea, vel basi, cui tympanum superincumbit, ab ea enim incipit attolli fastigium, aut e muro exporrigi mutulos nullo modo oportebit ad imbres dejiciendos, atque ita male consuletur incolumitati ædificii; aut quantum iidem prodibunt ex ædificio, tantum declivitas tecti altitudinem fastigii superabit. Quorsum igitur, cum, quanta debeat esse mutulorum projectura more Tuscanico, agat Vitruvius; quod hæc nimia videtur aliquibus, in alia omnia hi abeunt, hujusque auctoris sententiam ita detorquent, ut prorsus immutent? Fateor, difficilem captu esse hunc locum, de quo agimus; tamen non dubito, quin, si ab aliis Vitruvii locis opem ad hunc intelligendum petamus, elici ex eo commodior sententia possit & verior. Nemo profecto est, qui nesciat, fastigium apud hunc auctorem esse apicem tympani, columnæ vero trabem eam longiorem, quæ perpetuo tractu spinam tecti efficiens, antico posticoque fastigio (duo enim esse in æde Tuscanica consueverant) ad capita innititur (Tab. XXVII. fig. I. litt. A). Reliqua in tectorum molitione tigna, quædam minora sunt, quorum altera canterii nominantur, quæ a columine (fig. II. litt. G), cui inhaerent, protenduntur utrinque costarum instar (litt. B) ad laterum parietes, iisque incumbentia certo deinde spatio extra prodeunt (fig. IV. litt. A), ut aquam pluviam arceant ab ædificio, & procul extillent: altera, quæ templa dicuntur ordine in-

(1) In suis animadvers. de rat. Tuscanic. sacr. æd.

nello, i cantieri, e i tempiali: il tutto però in maniera, che il pendio del tetto sia pari a quello del timpano (Tav. XXIX. fig. III. lett. D) che debbe esser molto alto (lett. E). Ma chi mai dirà, che lo stillicidio sia l'istesso, che il declivio del tetto; essendo lo stillicidio quella parte estrema del tetto fuori del muro, dalla quale cade la pioggia, ed il pendio essendo tutta quella parte di tetto, che dal comignolo piega a poco a poco e s'abbassa fino allo stillicidio? Che altra non sia la forza di queste parole, ce lo insegna la ragione, e Vitruvio medesimo, che sempre le ha usate per significar la stessa cosa. Ma quanto poco a proposito egl'interpreta il resto di quel passo, ove prescrive, che lo stillicidio del tetto perfetto corrisponda al terziario! Corrispondere è l'istesso, che riferirsi una cosa all'altra, o sia a titolo di proporzione, o di simiglianza, o per qualsivoglia altra cagione, per il che è necessario, che si faccia un certo paragone, affinché due cose abbiano in qualche maniera corrispondenza, e relazione fra loro. Or facendo Vitruvio il paragone dello stillicidio col terziario, e volendo, che l'uno corrisponda all'altro in una certa proporzione e misura; quantunque io qui ammetta, che lo stillicidio, ed il tetto si possano prendere per l'istessa cosa, e che il terziario ne sia il colmigno; il che se a buon'equità dirsi possa, lo vedremo in appresso: qual coerenza mai si trova fra questo passo, e l'appendice del Perrault, in cui egli insegna, che il comignolo debbe esser molto innalzato? Dovrà esso forse innalzarsi così, ancor quando l'edifizio sarà più angusto, e non lo richiegga lo scolamento della pioggia? E che importava di prescrivere quello di che non si trattava, con dire, che il tetto sia tanto declivo, quanto ne farà alto il colmigno; e poi non prescrivere alcun limite a quest'altezza, ma lasciare ch'ella sia definita dall'arbitrio de' muratori? Quindi parimente si riconosce, quanto sia diversa dal sentimento di Vitruvio una tale interpretazione, proponendo questi una cosa positiva e definita, in cui lo stillicidio corrisponda al terziario, ma nulla di certo proponendo il Perrault, allor che facendo il paragone del declivio del tetto coll'innalzamento del colmigno, lascia incerto questo, da cui l'altro dipende, talchè queste due cose non possano aver corrispondenza. Il Sig. Le Roy spiega un tal passo diversamente, ma in maniera per altro, che conviene in alcune cose col Perrault; imperocchè dice ⁽¹⁾: *Il pendio del tetto sarà uguale a quello del timpano, che dee formare il terziario, o fare coll'ordine che lo regge, di cui esso è il terzo, un tutto ch'egli chiama terziario.* Anche qui lo stillicidio, ed il tetto, si prendono per l'istessa cosa: si prescrive l'istesso declivio del tetto, e l'istessa altezza del colmigno: ma si vede, che anche il Signor Le Roy ha urtato nel medesimo scoglio, in cui ha dato il Perrault; imperocchè, ricercando Vitruvio, quanto grande debba essere nella maniera Toscana lo sporgimento de' mutuli, a che proporci si l'altezza del colmigno, la quale dal Signor Le Roy vien definita in tanta quantità, che sia una terza parte di tutta la facciata dell'edifizio (Tav. XXIX. fig. III. lett. F); e perciò da lui è chiamata terziario; e vien dal Perrault lasciata indefinita? A che dunque sì l'uno che l'altro prescrivono, che il tetto debb'aver tanta pendenza, quanto sarà alto il colmigno, dappoichè in fatti non si può osservare una tale uguaglianza? Imperocchè, se nel tetto è compreso lo stillicidio, ed è in conseguenza una stessa cosa, e se l'uguaglianza del di lui declivio coll'altezza del colmigno dee terminarsi a quella linea, o sia base, su cui è situato il timpano, giacchè quindi incomincia ad innalzarsi il colmigno; o bisognerà, che i mutuli non sporgano fuori del muro a scaricar la pioggia, talchè malamente si provvederà alla durata dell'edifizio; o per quanto essi sporgeranno fuori dell'edifizio, altrettanto il declivio supererà l'altezza del colmigno. Per qual fine adunque, quando Vitruvio tratta di quanto debba esser grande lo sporgimento de' mutuli alla Toscana, perche questo sembra troppo ad alcuni, essi tutt'altro intendono, e fanno violenza tale al sentimento di quest'autore, che rimane affatto mutato? Non nego, che il passo, di cui si tratta, è difficile a intendersi; ma per altro son certo, che, se per intenderlo ci ajuteremo con altri passi di Vitruvio, ne ricaveremo un senso più coerente e più vero. Or ognun sa, che presso quest'autore il colmigno è la cima del timpano; l'asinello poi quella trave più lunga, che con una continuata tratta venendo a formar la spina del tetto, posà con ambidue i capi sul colmigno davanti, e di dietro (giacchè nel tempio Toscano i colmigni soleano esser due) Tav. XXVII. fig. I. lett. A. Vi sono poi nell'armatura del tetto altre travi minori, parte delle quali si chiamano cantieri, e questi dall'asinello (fig. II. lett. G.) su cui posano, si estendono dall'una e l'altra parte a guisa di coste (lett. B) alle pareti laterali, e poggiando sopra queste, escono poscia in fuori per un certo tratto (fig. IV. lett. A) a mandar via e scaricar la pioggia dall'edifizio e parte si chiaman tempiali, e questi son posti a tra-

(1) Nelle sue riflessioni su l'ordine Toscano.

verso super cantherios intercurrentia, cancellatim cum iis conjuguntur (fig. II. litt. C), atque hos ipsos, & quæ præterea ad tectum conficiendum imponenda ipsis sunt, stabiliunt & fulciunt. Habemus hæc omnia in adlato Vitruvii loco, ubi dicitur: Supraque id fastigium columen, cantherii, templa ita sunt conlocanda, ut stillicidium tecti absoluti tertiarario respondeat. Et⁽¹⁾: Cantherii prominentes ad extremam subgrundationem, supraque cantherios templa. Duo video heic esse, quæ negotium facessant: quid nimirum sibi velit Vitruvius locutione illa, tecti absoluti; quid nomine tertiararii. Ac primum quidem stillicidium, non tectum esse, sed illius partem eam, quam vocant etiam subgrundam, sine controversia esse arbitror; præsertim cum ex Vitruvio fiat a cantheriis extra murum procurrentibus, ac proinde extra ædificium sit: quod de tecto dici non potest. Neque tamen ignoro, exporrectum huiusmodi stillicidium non ubique usurpatum, aut semper fuisse; cum aliquando digitum unum dumtaxat, aut duos tegulæ promineant e muro, licet non sine gravi ejusdem periculo; aut exterius non apparentes depluant intra quamdam veluti formam, in summa muri parte, cui tectum adhæret, institutam & ita productam, ut per alios item canales in ipsa muri ejusdem crassitie ad perpendicularum subinde ductos, & quadratis lateribus coopertos, aquam in subterraneos defundant cuniculos: quod olim factum thermarum rudera, præsertim Diocletianarum, ostendunt. Sed nos de Etruscorum sacris ædibus loquimur, quarum illi tecta ita instituerunt, ut stillicidiis, iisque latioribus uterentur: de his hoc loco agit Vitruvius. Quid igitur illis tam parum perspicuis vocibus præcipit hic auctor, cum dicit: stillicidium tecti absoluti? Non, opinor, intelligendus perinde est, quasi de tecto aliquo loquatur absoluto jam & perfecto, sed de eo, quod, ut tale dici merito possit, respondere iis regulis debeat, quæ ab eo tradebantur. Hic loquendi mos usitatus est apud nos, cum docemus. Ita dicimus: signum perfectum absolutumque sex mensuris ab ejus pede ductis altum esse oportere: columnam Etrusco more perfectam absolutamque septem modulis ab imo scapo ductis item altam esse debere: & alia id genus non pauca. Sensus ergo Vitruvii verborum hic erit: stillicidium tecti absoluti, seu quod vere huiusmodi sit & dici possit, tali mensura esse oportet. Quod si quis nihilominus sit, qui locutionem hanc improbet, stillicidium tecti absoluti, quod tecto absoluto stillicidium contineatur, ac proinde perperam fiat stillicidii mentio; hic damnet, necesse est, hunc etiam alium loquendi modum: medium quod est columnæ perfectæ absolutæque hac vel illa definita crassitie esse debet: tam enim medium illud pars est columnæ, quam stillicidium tecti absoluti: iteratur autem illud idem, medium, quia de illo peculiariter agitur. Idem dicendum de stillicidio, aut monendus Vitruvius, ut castigatius loquatur & apertius. Venio ad tertiarium, de quo ita Vitruvius⁽²⁾: Mathematici perfectum esse dixerunt numerum, qui sex dicitur, quod is numerus habet partitiones eorum rationibus sex numero convenientes: sic sextantem unum: trientem, duo: semissem tria; bessem, quem διμοιρον dicunt quatuor: quintarium, quem πεντάμοιρον, quinque: perfectum sex; cum ad supputationem crescat, supra sex adjecto asse, ἑφεντον; cum facta sunt octo, tertiarium. Quod de numeris hoc loco dicitur, id ad corpora etiam solida referri posse, patet ex eodem, ubi præcipit, ut stillicidium tecti absoluti tertiarario respondeat. Cum enim agat de corpore extenso, nimirum de stillicidio, quod certa definitaque longitudine protendi oportebat; de illius mensuris cum agere necesse est, quæ, ut sex unitates aliarum duarum adjectione a numero perfecto, qui sex dicitur, transeunt ad octavum, ac proinde tertiarium efficiunt, ita & ipsæ pares inter se, quemadmodum & unitates illæ sunt, primum sex numero, deinde octo, duabus superadditis, tertiarium constituent. Quia vero nullum corpus dividi æquis partibus potest, nisi cognita prius ejus longitudine; quanta hæc esse debeat in Tuscanico stillicidio, docemur a Vitruvio, qui decernit, quartam partem altitudinis, quam columnæ ejusdem ædis sunt, eam esse oportere. Hac itaque longitudine in sex æquales partes divisa (Tabula XXVII. fig. III. littera E), duabus deinde ejusdem moduli, seu mensuræ superadditis (littera F), ut sint octo;

(1) Lib. 4. cap. 2.

(2) Lib. 3. cap. 1.

verso su' cantieri, e congiuntivi a guisa di grata (fig. II. lett. C), non meno per rendergli stabili, che per sostenere quant'altro va sopra il tetto per fornimento. Tutte queste cose si ritrovano nel riferito passo di Vitruvio, ove si dice: *Sopra il colmigno poi dovranno situarsi l'asinello, i cantieri, e i tempiali in maniera, che lo stillicidio del tetto perfetto corrisponda al terziario.* In oltre⁽¹⁾: *I cantieri che sporgono fino all'estremità delle gronde, e i tempiali sopra i cantieri.* Due cose io qui veggo, nelle quali cade la difficoltà: cioè, che cosa voglia significar Vitruvio con dire, *del tetto perfetto*; e che cosa col nome di *terziario*. Primieramente giudico esser fuori di controversia, che lo stillicidio non sia altrimenti il tetto, ma quella parte di tetto, che si chiama anche gronda; molto più che, secondo Vitruvio, vien formata dai cantieri che sporgono fuor del muro, e per conseguenza viene a esser fuori dell'edifizio: il che non può dirsi del tetto. So bene per altro, che una tal sorta di stillicidio non è stato usato sempre, nè da per tutto; atteso che talvolta le tegole non isporgono, che un dito, o due fuor del muro, benchè con grave pericolo del medesimo; o pure non uscendo esse in fuori, scaricano l'acqua in una spezie di forma fatta e distesa in cima al muro in maniera, che per altri canali, tirati a perpendicolo nella grossezza dello stesso muro, e formati di mattoni quadrati, tramandano l'acqua ne' condotti sotterranei: come si vede essere stato usato anticamente dagli avanzi delle terme, e specialmente di quelle di Diocleziano. Ma noi parliamo de' templi de' Toscani, i cui tetti furon da loro fatti in maniera, che avevano gli stillicidj, e questi più larghi: di questi parla Vitruvio nel detto passo. Ma perchè nel prescriberne le regole si serve egli di termini sì poco chiari, dicendo: *lo stillicidio del tetto perfetto*? Io penso, non doverli intender ch'ei parli così, come d'un tetto finito, e perfezionato; ma d'un tetto, il quale, perchè possa ragionevolmente dirsi tale, debba esser fatto colle regole ch'egli ne dava. Una tal maniera di parlare si usa anche fra noi, allor che diamo precetti. Così diciamo, che una statua perfetta e terminata è d'uopo che sia alta sei misure prese dal di lei piede, che una colonna perfetta e terminata all'uso Toscano debbe altresì esser alta sette moduli presi dal diametro inferiore: e così di molte altre cose. Dunque il senso delle parole di Vitruvio sarà questo: *lo stillicidio del tetto perfetto*, o vogliam dire, acciocchè questo sia veramente, e possa dirsi tale, debb'esser di quella misura. Che se poi vi sarà qualcuno che disapprovi questa maniera di dire, *lo stillicidio del tetto perfetto*, atteso che lo stillicidio è compreso nel tetto, e che perciò in darlo no si faccia menzione dello stillicidio; bisognerà, ch'ei disapprovi anche quest'altra maniera di parlare: *il mezzo d'una colonna perfetta, e a cui non manchi cos'alcuna, debbe avere questa o quella determinata grossezza*: giacchè tanto è parte della colonna quel mezzo, quanto del tetto perfetto *lo stillicidio*; ed in tanto si replica quella stessa parola, *il mezzo*, perchè di essa specialmente si tratta. L'istesso dee dirsi dello stillicidio, ovvero debbe avverirsi Vitruvio a parlare più castigato, e con maggior chiarezza. Vengo al terziario, di cui così scrive Vitruvio⁽²⁾: *I matematici han detto, che il numero perfetto è il sei; perchè questo numero ha le divisioni, che, secondo le loro regole, convengono al numero sei: quindi l'uno si chiama sestante; il due, triente; il tre, semisse; il quattro, chiamato anche διμορον, besse; il cinque, quinta-rio, detto altresì πεντάμορον; il sei, perfetto: accrescendosi poi la somma coll'aggiunta di uno al sei, dicesi ἑξακτον; ed essendo otto, terziario.* Che quanto qui si dice de' numeri, possa riferirsi eziandio a' corpi solidi, ce lo dimostra egli stesso, allor che prescrive, che *lo stillicidio del tetto perfetto corrisponda al terziario.* Or trattando egli d'un corpo disteso, com'è lo stillicidio, che si dovea protrarre fino ad una certa e determinata lunghezza; è necessario, che tratti anche delle di lui misure, le quali, in quella guisa che sei unità, coll'aggiunta di due, dal numero perfetto, qual'è il sei, passano all'ottavo, e vengono a fare il terziario; così esse, essendo uguali fra loro, come lo sono quelle unità, primieramente sei di numero, e poscia otto coll'aggiunta di due vengono a fare il terziario. Ma perchè nessun corpo può dividersi in parti uguali, se prima non se ne fa la lunghezza; quanto questa debba esser grande nello stillicidio Toscano, ce lo insegna Vitruvio col prescrivere, ch'ella sia una quarta parte dell'altezza delle colonne del medesimo tempio. Divisa per tanto questa lunghezza in sei parti uguali (Tav. XXVII. fig. III. lett. E), ed aggiuntevene poscia due altre della stessa quantità e misura (lett. F), sicchè siano

m m 2

(1) Nel lib. 4. al cap. 2.

(2) Nel lib. 3. al cap. 1.

octo, tertiarium existet: projiciatur tum demum e muro stillicidium; quantum octo illæ partes postulant, tertiarium dicetur stillicidium respondere, id est octo partibus constare, quot tertiarium. Hac autem voce usum arbitror Vitruvium, sensu illa ætate perspicuo, nostra vero parum cognito, quod cum ex adlata altitudinis columnæ dimensione longitudinem mutulorum in stillicidio prius statuisset, eam vero ex Etruscorum disciplina, spectatis columine, cantheriis, templis, & tegularum projectura (Tab. XXVII. fig. I. litt. G, H, I), aliquanto amplius produci oporteret; quis hic auctus esset & quantum, præfinitum sibi hoc loco esse intelligebat; id vero facile præstare se posse, si uno tantum tertiarium vocabulo uteretur: ut ex iis, quæ diximus, cognosci potest. Conjecturas sequutus sum, cum cætera deessent, in inquirenda Vitruvii sententia: neque tamen pro his pugno, quasi scopulum attigerim; malo enim in tot ambagibus verborum usurpare Horatianum illud⁽¹⁾: Si quid novisti rectius istis, candidus imperti; si non, his utere mecum.

LXXXV. Sed hac omissa controversia, quoniam compertum hinc est, grandioribus stillicidiis Etruscos uti consuevisse, miror, hunc morem reprehendi ab aliquibus; perinde ac si jam vicissent, aut contra architecturæ regulas ea fuisse, aut hominum usui parum idonea: cum nec vitio detur naturæ, quod aliquarum volucrum generi alas grandiores tribuerit, aut priscis illis mortalibus, quod lucis Deorum templa, & arboribus incumbrent, ad majestatem scilicet eisdem conciliandam, quam Etrusci in sacris præsertim ædibus harum quoque subgrundarum magnitudine consecrari voluerunt. Neque vero probari magis ii possunt, qui humile quiddam & crassum agnoscunt in columnis Tuscanicis, quas carere venustate idcirco dicunt, quod absunt ab ea gracilitate & altitudine, quam in columnis Ionicis, & Corinthiis adeo diligunt, & persequuntur. Id quidem si ita est, pluris, opinor, hi facient eos ex hominibus, qui graciles sunt, & statura proceri; quo, nescio, an dici quidquam possit ineptius. At quei demum ostendent, gracilitate, & altitudine venustatem contineri? Qui ex Æthiopia sunt, atrum colorem putant venustissimum, album contra Europæi: utris horum adjudicanda lis sit, in controversia adhuc est: utrique certe consuetudine oculorum adducti, studio deinde partium abrepti, non minus, quam arbitrator, omnem columnarum laudem a fine, propter quem instituta illæ sunt, esse repetendam: cum enim inventæ sint ad ædificium sustinendum, is earum modus erit probatissimus, qui ædium moli, & altitudini potissimum congruat; ne, dum venustati ædificii loco struamus ruinæ periculum. Porro duo hæc cavenda maxime Etruscis fuisse, dubitari non potest; quod nec ita multum attolli eorum ædes plerumque consueverant, nec ita magno fulciri columnarum numero: octo enim ex Etrusco more pronai tectum sustinebant, quot ex Græcanicis satis non fuissent. Ratio, cur ab eis ita fieret, adfertur a Vitruvio⁽²⁾; ne scilicet columnarum numerus impedimento esset ad ædem confluentibus, quominus aut in eam ingredi commode possent, aut in pronao consistere. Quamquam quid hæc Etruscis objiciuntur, cum eadem humilitate ac crassitie columnas, & fortasse etiam majori, Diores passim adhibuerint tam in Græcia, quam in Italia (Tab. XX. fig. V. Tab. XXII. fig. I. & II.), Jones præbitretur; audiat quid de his generibus agens præcipiat Vitruvius⁽³⁾: Ædibus aræostylis columnæ sic sunt faciendæ, uti crassitudines earum sint partis octavæ ad altitudines; namque, si in aræostylo nona, aut decima pars crassitudinis fuerit, tenuis & exilis apparebit; ideo quod per latitudinem intercolumniorum aer consumit, & imminuit adspectus scaporum crassitudinem.

LXXXVI. Verum, ut sine causa video Etruscos traduci, quasi humili columnarum modo nimium delectati olim sint, cum nihil humile dici, aut elatum merito possit, quod

(1) Epist. 5. lib. 1.

(2) Lib. 3. cap. 2.

(3) Ibidem.

otto, ne risulterà il terziario: si faccia per tanto sporgere lo stillicidio fuor del muro per quanto richiedono quelle otto parti, e così si dirà, che lo stillicidio corrisponde al terziario, cioè ch'egli è composto d'otto parti, come il terziario. Giudico poi, che Vitruvio siasi servito di questa parola, in oggi poco intesa, e benissimo intesa a que' tempi: perchè avendo primieramente, colla riferita misura dell'altezza della colonna, stabilito la lunghezza de' mutuli nello stillicidio, e dovendo questa, secondo gl'insegnamenti Toscani, estendersi un poco più in riguardo all'asinello, ai cantieri, ai tempiali, ed allo sporgimento delle tegole (Tav. XXVII. fig. I. lett. G, H, I); credette di dover prescrivere in questo luogo qual e quanto grande avea da essere un tal crescimento; e che se ne sarebbe potuto disbrigare con facilità, usando il solo vocabolo di *terziario*, come può riconoscersi da quel che abbiám detto. Nell'indagare il sentimento di Vitruvio, mi son servito, per non aver altro, di congetture: non pretendo però di sostenerle, quasi che io abbia colpito nel segno; volendo piuttosto in tanta oscurità di parole attenermi a quel detto d'Orazio⁽¹⁾: *Se hai trovato qualche cosa miglior di queste, dimmela candidamente; se no, usa queste, come faccio io.*

LXXXV. Ma tralasciata questa controversia, giacchè si è quindi riconosciuto, che i Toscani usavano stillicidj più grandi, mi maraviglio, come mai alcuni riprendano una tal costumanza, quasi che avessero già dimostrato, che quelli erano contra le regole dell'architettura, o poco atti all'uso umano; osservandosi, che anche la natura, senza che si possa riprendere di vizio, ha dato ale più grandi ad alcune specie di volatili, e che quegli antichi uomini non erano da biasimarsi, perchè adombravano con alberi e boschi i templi degli Dei, non per altro, che per dare ad essi quel grandioso, che i Toscani vollero avere in riguardo specialmente ne' sacri templi coll'ingrandimento di queste gronde. Non minor disapprovazione merita la censura di quei che danno alle colonne Toscane la taccia di basse e grosse, e che perciò elle non sieno aggradevoli, mancando loro quella gracilità, ed altezza, che tanto ad essi piace nelle colonne Joniche, e Corintie, ed a cui tanto s'attengono. Se così è, credo, che, fra gli uomini, eglino stimeranno più quei che son gracili ed alti di statura; del che, non so, se possa dirsi cos'alcuna più stolta. Ma poi come potranno essi dimostrare, che il bello consiste nella gracilità, e nell'altezza? Gli Etiopi giudicano, che il più bel colore sia il nero; all'incontro gli Europei giudicano che sia il bianco: a chi di loro debba darsi ragione, non è stato per anche deciso: intanto egli è certo, che gli uni e gli altri portati dall'assuefazione degli occhj, e trasportati in oltre dall'impegno, sostengono, come fanno cotali Greci le lor colonne, il colore che han ricevuto dalla natura. Io per altro giudico, che tutto il pregio delle colonne debba desumersi dal fine per cui sono state fatte: imperocchè, essendo state inventate per sostegno dell'edifizio, la lor proporzione la più degna d'essere approvata sarà quella, che sarà più adattata alla mole e all'altezza degli edifizj; acciocchè, mentre attendiamo ad una troppa altezza, o gracilità per amore d'una non so qual bellezza, non abbiamo a macchinare una rovina, in vece di fare un edifizio. Or non si può dubitare, che i Toscani abbiano avuto ambedue questi riguardi, giacchè non furono soliti d'innalzar troppo i lor templi, ne di sostentarli con sì gran numero di colonne; imperocchè quelle che sostenevano il tetto dell'antitempio giusta la maniera Toscana, non eran, che otto; le quali però non sarebbon bastate, se fossero state fatte alla Greca. La ragione, per cui eglino così faceessero, ci vien riferita da Vitruvio⁽²⁾; cioè, affinché il numero delle colonne non impedisse a chi concorrevà, o l'entrar comodamente nel tempio, o il fermarsi nell'antitempio. E poi a che si obbietta tali cose ai Toscani, poichè i Dori sì in Grecia, che in Italia, hanno frequentemente usata l'istessa bassezza e grossezza, e forse anche maggiore (Tav. XX. fig. V. e Tav. XXII. fig. I. e II), come anche i Joni, ed i Corintj? E perchè qualcuno non abbia a supporre, esser ciò stato fatto per difetto, o ignoranza degli artefici, oda quel che prescrive Vitruvio intorno a queste maniere⁽³⁾: *Ne' templi di rade colonne, si debbon queste fare in guisa, che siano alte un'ottava parte della loro grossezza: imperocchè se vi si faranno alte una nona, o decima parte, compariranno deboli e sottili; atteso che la larghezza degl'intercolumnj fa che l'aria consumi, e sminuisca in apparenza la grossezza de' fusti.*

LXXXVI. Ma in quella guisa che i Toscani sono ingiustamente tacciati, quasi d'esserli troppo compiaciuti di colonne basse, non potendo ragionevolmente dirsi bassa, o alta una

n n

cosa,

(1) Nel lib. 1. all'epist. 5.

(2) Nel lib. 3. al cap. 2.

(3) Ivi.

quod architecturae non adversetur; ita de illarum numero quoque argui eos intelligo, proinde ac si paucis admodum columnis uterentur, & uno dumtaxat aedium sacrarum genere. Aræostylos quidem ea aedes est, de qua loquuti hactenus sumus: sed, quod quidem falso putant, hoc uno contentos Etruscos fuisse, refellitur ex Vitruvio, qui a Græcanicis templorum rationibus gradum faciens ad Tuscanicas, ita scribit ⁽¹⁾: Fiant autem aedes rotundæ, e quibus aliæ monopterae sine cella columnatae constituuntur, aliæ peripterae dicuntur. Quæ sine cella fiunt, tribunal habent, & adscensum ex suæ diametri tertia parte. Insuper stylobata columnæ constituantur tam altæ, quanta ab extremis stylobatarum parietibus est diametros; crassæ altitudinis suæ cum capitulis & spiris decumæ partis. Epistylum altum columnæ crassitudinis dimidia parte. Zophorus, & reliqua, quæ insuper imponuntur, ita, uti in tertio volumine de symmetriis scripsi. Sin autem peripteros ea aedes constituetur, duo gradus, & stylobatæ ab imo constituantur; deinde cellæ paries conlocetur cum recessu ejus a stylobata circa partem latitudinis quintam; medioque valvarum locus ad aditus relinquatur. Eaque cella tantam habeat diametrum præter parietes & circuitionem, quantam altitudinem columna supra stylobatam. Columnæ circum cellam iisdem proportionibus symmetriisque disponantur. In medio tecti ratio ita habeatur, uti quanta diametros totius operis erit futura, dimidia alitudo fiat tholi præter florem. Flos autem tantam habeat magnitudinem, quantam habuerit in summo columnæ capitulum, præter pyramidem. Reliqua, uti supra scripta sunt, ea proportionibus atque symmetriis facienda videntur.

LXXXVII. Neminem puto esse, qui sentiat, de Græcanicis aedibus hoc loco Vitruvium agere; de his enim antea sedulo disseruerat, ut ipse fatetur sub finem Cap. vi. Lib. iv. Quas, inquit, rationes aedium sacrarum in formationibus oporteat fieri Doricis, Ionicis, Corinthiisque operibus, quoad potui attingere, veluti legitimis moribus exposui. Nunc de Tuscanicis dispositionibus, quemadmodum institui oporteat, dicam. Transit deinde Cap. vii. ad Etruscorum templa ita, ut erat pollicitus; & primum quidem schema ponit aedis Tuscanicæ, de qua supra meminimus; deinde ea de monopteris, earumque mensuris prosequitur, quæ habentur in adlato superius loco. Quod si hæc ad Tuscanicam architecturam referenda non sunt, magna profecto macula indigentia, & mutati perperam ordinis inuretur Vitruvii nomini: quid enim fieri ab eo absurdius potuisset, quam ea flere, de quibus se acturum promiserat, illa vero iterum regerere, quæ tam diligenter tractaverat, & de quibus professus paullo ante fuerat, nihil sibi reliquum factum esse quod diceret? Ineptum autem est suspicari, de Tuscanicis hoc loco eum non loqui, quod Græcas voces adhibet, quasi vero non verbis item Græcis utatur, ubi aedem, quam toties memoravimus, raris columnis suffultam, quæ certe Tuscanica est, vocat aræostylon ⁽²⁾, pluraque ornatuum ejus membra, apophysin, plinthum, abacum, hypotrachelium; partes vero, tympanum, pronæum. Non deerant Vitruvii ætate Latina vocabula, quibus exprimi res ipsæ, & sensus animi possent: sed, si usurpare Græca maluit, seu quod hæc vulgo Romæ invaluerant, seu quod ita ipsi collibuit, quemadmodum usuvenit etiam nunc, ut exterarum linguarum vocibus utamur ad ea significanda, quæ Italicis verbis optime dicerentur; quid inde evincitur contra rem ipsam, & rationes Tuscanicas? Miror potius, quandoquidem de vocibus sermo est, quid sibi velit Vitruvius, cum ait ⁽³⁾: Si qua virili figura signa mutulos, aut coronas sustinent, nostri telamones adpellant, cujus rationes, quid ita, aut qua re, ex historiis non inveniuntur; Græci vero eos ^{ἀτλας} vocitant; Atlas enim historia formatur sustinens mundum. Fuerit quidem hæc vox telamon Latinitate donata, ut innuere videtur hic auctor; Græca tamen origine est æque ac Atlas, & fortasse priori etiam jure a verbo, ^{ταλάω} Latine, sustineo. Itaque telamones Græce fasciæ sunt eæ, seu lora, quibus enses & clypei sustententur; nihil proinde historiis opus fuit, aut fabulis ad hujus vocis

(1) Lib. 4. cap. 7.

(2) Lib. 3. cap. 2.

(3) Lib. 6. cap. 10.

cosa, quando non è contraria all'architettura; così sento che son ripresi intorno al numero di esse, come se non avessero usato che pochissime colonne, e una sola specie di templi. Quella di cui fin qui abbiám parlato, è di rade colonne; ma che poi i Toscani, come falsamente si crede, sian contentati di questa sola maniera, vien contraddetto da Vitruvio, che dalle maniere de' templi Greci passando a quelle de' Toscani, così scrive⁽¹⁾: *Si fanno poi templi rotondi, de' quali altri son monopteri, fondati con colonne, e senza cella; altri chiamansi peripteri. Quei che si fanno senza cella, hanno il tribunale, e la salita per una terza parte del suo diametro. Si pongano in oltre sul piedistallo le colonne tanto alte, quanto è il diametro dall'estremità de' muri de' piedistalli; grosse una decima parte della loro altezza, compresi i capitelli, e le basi. L'architrave alto una metà della grossezza della colonna; il fregio, e tutt'altro che vi si pon sopra, si faccia nella guisa da me descritta nel terzo volume, allor che ho parlato delle simmetrie. Se poi un tal tempio si farà periptero, si pongano dabbasso due gradi, e i piedistalli; di poi si costruisca il muro della cella, facendo che resti lontano dal piedistallo per una quinta parte in circa della larghezza; e nel mezzo si lasci il luogo delle imposte per l'ingresso. Il diametro della cella poi, non compresi i muri, nè il circondario, sarà grande, quanto sarà l'altezza della colonna sopra al piedistallo. Le colonne d'intorno alla cella si dispongano colle medesime proporzioni e simmetrie. In mezzo al coperto si tenga questa regola, che quanto sarà per essere il diametro di tutta l'opera, la cupola dovrà esserne la metà, non compresi il fiore. Il fiore poi sia tanto grande, quanto lo è il capitello di cima alla colonna, non compresi la piramide. Il restante sembra doverfi fare colle stesse proporzioni, e simmetrie descritte di sopra.*

LXXXVII. Suppongo, che non vi farà alcuno il quale sia di parere, che Vitruvio in questo luogo tratti di templi Greci; giacchè ne avea diligentemente trattato dianzi, com'egli stesso si protesta sul fine del Cap. vi. del Lib. iv. dicendo: *Ho esposto, per quanto ho potuto apprendere, come per legittime usanze, quali siano le regole da usarsi, rispetto alle forme de' templi, nelle opere Doriche, Joniche, e Corintie. Ora dirò, quali siano le istituzioni intorno alle disposizioni Toscane.* Quindi passa, nel Cap. vii. ai templi de' Toscani, com'egli avea promesso, e propone in primo luogo il disegno del tempio Toscano, di cui abbiám fatto menzione di sopra; prosiegue poscia a dir de' monopteri, e delle loro misure ciò che abbiám esposto nel luogo di anzi riferito. Che se queste cose non debbono riferirsi all'architettura Toscana, darebbesi a Vitruvio una taccia ben grande di negligenza, e di mala trasposizione nell'ordine: imperocchè qual maggiore assurdo avrebbe potuto egli commettere, che tacer di quelle cose, delle quali avea promesso di parlare; e propor di nuovo quelle, delle quali avea così diligentemente trattato, e si era professato poc'anzi non rimanergli altro da dire? Ella è poi sciocchezza il sospettare, che qui egli non parli di cose attenenti ai Toscani, perchè non si serve, se non di voci Greche, quasi ch'egli non usi parole parimente Greche, allor che chiama⁽²⁾ areostilo il tempio sostenuto da rade colonne, e tante volte nominato, il qual è certamente Toscano; e dà a più membri degli ornamenti di esso i nomi d'apofisi, plinto, abaco, ipotrachelio; e alle parti, quei di timpano, e di pronao. Non mancavano a' tempi di Vitruvio i vocaboli Latini, con cui esprimere si le cose, che i sentimenti dell'animo: ma s'egli ha voluto piuttosto servirsi di vocaboli Greci, o perchè questi si eran divulgati per Roma, o perchè così gli piacque, come succede anche a' di nostri, che ci serviamo di vocaboli di lingue forestiere per significar cose, che ottimamente si direbbono con parole Italiane; che cosa mai ne risulta contra la cosa medesima, e contra le maniere Toscane? Mi maraviglio bensì, giacchè siamo nel proposito de' vocaboli, non sapendo che cosa voglia significar Vitruvio, mentre dice⁽³⁾: *Se vi sono statue di figura virile, le quali sostengano i mutuli, o le cornici, i nostri le chiamano telamoni, senza poterne rinvenire nelle storie la ragione del che, o del come. I Greci per altro le chiamano atlanti; imperocchè Atlante, secondo la storia, si figura, che regga il mondo.* Sia pur questa voce stata ammessà fra i vocaboli Latini, come sembra indicarci questo autore, nondimeno ella è ugualmente Greca, che quella d'Atlante, e forse più, derivando dal verbo, *ταλάω*, che in Latino vuol dire *sustineo*: per il chè i telamoni in Greco son quelle fasce, o corregge, colle quali si sostengono le spade, e gli scudi; onde non v'era alcun bisogno di storie, o di favole per rin-

(1) Nel lib. 4. al cap. 7.

(2) Nel lib. 3. al cap. 2.

(3) Nel lib. 6. al cap. 10.

vocis usum & originem inquirendam. Ut igitur aedes aræostylos propria Etruscorum fuit, licet Græcis vocibus in ea usus fuerit Vitruvius; ita aliarum quoque ædium genera ad eos pertinuisse dicenda sunt, quas idem monopteras & peripteras nominat: vocum enim, Græcæne, an Latine sint, minor habenda videtur ratio, quam loci, ubi de his agit Vitruvius, in quo cum de Tuscanicis se acturum paullo ante recepisset, fidem profecto falleret, si de Græcanicis loqueretur. Et vero, cum tanto ante Urbem conditam florisset Etruria, tot autem in ea essent Deorum aedes, tot præterea Romæ, & in toto Latio ex eadem Tuscanica disciplina; quis unquam arbitrabitur, ingeniosissimam nationem, eamque cultissimam, uno ædium genere contentam esse potuisse? Templum Jovis Capitolini octo tantum columnis ornatum certe non fuit; Tuscanicum tamen; item Vestæ rotundum, quod Numa excitavit, ut patet ex nummis Æmilie gentis, & Claudie, & ex Ovidio ⁽¹⁾: monopteron vero fuerit, an peripteron, hoc loco non disputo, illud potius quærendum mihi esse video, hæc duo ædium genera adimenda ne idcirco Etruscis sint, quod de his scribens Vitruvius cap. vii. lib. iv. aliquas eorum symmetrias desumendas esse statuat ex cap. iii. lib. iii. ubi de Jonico genere loquitur: ita enim de monoptero ait: Epistylum altum columnæ crassitudinis dimidia parte: zophorus, & reliqua, quæ insuper imponuntur, ita, uti in tertio volumine de symmetriis scripsi. De periptero vero: Reliqua, uti supra scripta sunt, ea proportionibus, atque symmetriis facienda videntur. Cum igitur epistylum apud Etruscos unius moduli altitudine esse oporteret; dimidii vero in monopteris, & peripteris velit esse Vitruvius: erit fortasse qui suspicetur, ante hæc duo ædium genera Tuscanicis accensenda non esse, aut Etruscorum architecturam in solo fuisse positam structorum arbitrio, qui ex Græcorum generibus, quod pro tempore collibuisse, in eam derivarent. Verum cui unquam probabitur, Numam, & Tarquinium, accitis ex Etruria artificibus, alterum in æde Vestæ, alterum in templo Jovis Capitolini exstruendo, erraticam & ex legem architecturam adhibere voluisse; proinde ac si nihil pensi eas aedes haberent, quæ erant apud eos omnium religiosissimæ? Quid enim non usi potius Græcanica sunt, quam recentiores tantopere predicant? Quod quoniam factum non est, id ipsum indicio esse potest, aut hanc Romæ per ea tempora incognitam fuisse, aut eidem Tuscanicam præstitisse omnium, qui tunc erant, iudicio. Et vero cum artis, aut scientiæ nomine censeretur facultas nulla possit, quæ non suis nitatur principiis, iisque ita constet, ut per ea discriminetur a reliquis; quid tandem fuit, quod veteres moverit, ut Etruscorum ædificandi rationem architecturam adpellarent, ejusque etiam præcepta Vitruvius literis traderet, si nulla hæc erant, nec propriis ea legibus, sed alienis institutionibus coaluerat? Quæ Corinthi orta fuit architectura, dicta quidem Corinthia est; sed, quod ex Dorica, Jonicaque constaret, ita fuit in laude, ut hac nota nunquam caruerit. At nihil hujusmodi objectum Tuscanicæ unquam est: quod & Vitruvius fecisset, cum de architecturæ generibus ageret; nec omissum esset a Græcis, cum in Italiam venerunt, si quid in ea sui juris agnoscere potuissent. Si vero idcirco Tuscanica ita traducitur, quod sit Doricæ non absimilis; primum quidem omnes architecturæ formas sororio veluti vinculo teneri inter se puto: cum idem singulæ spectent in ædificiis, firmitatem nimirum cum utilitate conjunctam, præter elegantiam, in qua differre potissimum solent, quod non idem omnibus venustum videatur & elegans; deinde, cum certis & definitis unaquæque partibus constet, facile fit, ut admodum dissimiles, etiamsi velint, re ipsa esse non possint. Verum hæc major similitudo, quæ Tuscanicæ intercedit cum Dorica, non indicio est, ut opinor, quidquam Doribus ab Etruscis deberi; sed innuit potius, quod alibi attigi, ex eodem utramque fonte haustam esse, & in hos populos derivatam. Ac primigeniam quidem architecturæ rationem primis parentibus a Deo inditam, ab his vero posteris traditam, ostentasse se potissimum in turri Babelica, deinde in templi Hierosolymitani structura, mihi dubium non est. Docuit hæc aedes finitimos populos, & maxime Palæstinos, apud quos tam egregium monumentum diu mansit incolume. Neque tamen parum contulit ad hanc scientiam Babelicum opus: quo intermisso, cum alii alio discederent homines per omnes quaqua versum regiones, attulerunt illi quidem secum aliquot architecturæ veluti semina, quæ, prout industrios cultores nacta sunt, vel socordes, aut in bonam ado-

(1) Fast. lib. 6.

tracciar l'uso e l'origine di questa voce? Dunque siccome il tempio di rade colonne fu proprio de' Toscani, benchè Vitruvio siasi in esso servito di voci Greche, così dee dirsi, che sian loro appartenute anche le altre spezie di templi, da lui chiamati monopteri, e peripteri; dovendosi meno osservare i vocaboli, se sian Greci, o Latini, che il luogo ove Vitruvio tratta di tali templi, in cui avendo egli promesso poco prima di trattar de' Toscani, verrebbe certamente a mancar di parola, se parlasse de' Greci. Di fatto, avendo fiorito la Toscana tanto prima dell'edificazion di Roma, ed essendovi stati tanti templi de' Dei, e tanti altri essendone stati in Roma, e in tutto il Lazio fatti alla Toscana, chi mai giudicherà, che una nazione ingegnossissima, e niente meno culta, potesse esser contenta d'una sola spezie di templi? Quello di Giove Capitolino non fu certamente di otto sole colonne, e nondimeno fu Toscano; e lo fu altresì il tempio rotondo di Vesta, fabbricato da Numa, come apparisce dalle medaglie della famiglia Emilia, e Claudia, e da Ovidio⁽¹⁾: il qual tempio se sia stato monoptero, o periptero, non voglio star qui a disputare; credendo di dover piuttosto cercare, se queste due spezie di templi si debban torre a' Toscani per la ragione, che Vitruvio scrivendo di essi nel cap. viii. del lib. iv. prescrive, che alcune simmetrie de' medesimi debban desumerfi dal cap. iii. del lib. iii. ove parla della maniera Ionica; giacchè così dice del monoptero: *L'architrave alto una metà della grossezza della colonna; il fregio, e tutt'altro che vi si pon sopra, si farà nella guisa da me descritta nel terzo volume, allor che ho parlato delle simmetrie*: e del periptero così soggiugne: *Le altre cose sembra che debban farsi, come sono state descritte di sopra, con proporzioni, e simmetrie*. Or siccome l'architrave presso i Toscani doveva esser d'un modulo, e Vitruvio all'incontro vuole, che quel de' monopteri, e peripteri sia un mezzo modulo, forse taluno sospetterà, che per l'addietro queste due spezie di templi non fossero Toscane, o che l'architettura Etrusca consistesse nel solo capriccio de' muratori, i quali avessero secondo i tempi preso dalle maniere Greche quel che fosse loro piaciuto. Ma chi mai potrà immaginarsi, che Numa, e Tarquinio, avendo chiamati gli artefici di Toscana, l'uno per fabbricare il tempio di Vesta, l'altro quel di Giove Capitolino, volessero servirsi d'un'architettura vaga, e fregolata, come se non avessero avuto in alcun pregio que' templi, che appo loro erano nella maggior venerazione? Perchè dunque non usarono eglino piuttosto la Greca, cotanto celebrata da' moderni? Il che non essendo stato fatto, ciò può far credere, o che questa a que' tempi non era conosciuta in Roma, o che la maniera Toscana era allora a giudizio di tutti tenuta per la migliore. In fatti, non potendosi dare il nome d'arte, o di scienza a veruna facoltà, che non abbia i suoi proprj principj, e questi sian tali, che per essi ella si distingua dalle altre; perchè dunque gli antichi s'indussero a dare il nome d'architettura alla maniera usata da' Toscani nel fabbricare, e Vitruvio ancora ce ne ha lasciate scritte le regole, s'ella non ne avea, e se non era cresciuta colle leggi proprie, ma cogli altrui insegnamenti? L'architettura nata in Corinto, è stata veramente chiamata Corintia; ma perchè ell'era composta della Dorica, e della Ionica, fu tenuta in pregio sì, ma ebbe sempre questa taccia. Una simile obbiezione però non è mai stata data all'architettura Toscana. Gliel'avrebbe data Vitruvio, allor che trattava delle maniere d'architettura, nè avrebbero tralasciato di dargliela i Greci, quando vennero in Italia, se avessero potuto accorgersi, che vi fosse stata qualche cosa del loro. Se poi la maniera Toscana vien discreditata per questo, perchè non è dissimile dalla Dorica; primieramente credo, che tutte le forme d'architettura sian congiunte fra loro con vincolo come di sorelle, atteso che tutte sono istituite negli edifizj ad un medesimo fine, che è la fermezza congiunta coll'utile, alla riserva dell'eleganza, in cui sogliono per lo più differire, poichè non a tutti piacciono e pajon belle le stesse cose; ed in oltre, constando ciascuna di parti certe e definite, egli è naturale, ch'esse non possano esser di fatto tra loro molto dissimili, ancorchè si voglia. Ma questa maggior simiglianza che la Toscana ha colla Dorica, non è, com'io penso, un indizio, che i Toscani sian debitori ai Dori di qualche cosa; ma bensì, come altrove ho accennato, che l'una e l'altra sia stata ricavata da una medesima sorgente, da cui questi popoli l'hanno appresa. Ed in vero io non dubito, che il primo concetto d'architettura, infuso da Dio a' primi padri, e da questi tramandato ai posteri, risplendesse principalmente nella torre di Babele, e poscia nella fabbrica del tempio di Gerusalemme. Quindi impararono i popoli circonvicini, e in ispezie quei di Palestina, presso i quali stette per tanto tempo in essere un monumento così cospicuo; nè poco per altro giovò a questa scienza l'opera di Babele, che essendo stata interrotta, ed essendosi gli uomini sparsi quà e là per tutta la terra, portaron seco certamente come certi semi d'architettura, i quali, secondo l'industria o ignoranza degli operaj

(1) Nel lib. 6. de' Fasti.

adoleverunt frugem, aut ferme penitus interierunt. Ex his duo video exstitisse architecturæ genera, Tuscanicum nimirum, & Doricum; nam de Ægyptio non loquor, quod ad eandem originem esse referendum facile suadet tum vicinitas cum Chaldæis, & Palæstinis, tum similitudo quædam & affinitas, quam habet cum generibus, quæ modo recensui. Hæc duo antiquissima fuisse, nemo, opinor, negaverit: nam apud Græcos post Doricum subsequutum Ionicum est, deinde Corinthium; apud Italos vero, & finitimas eisdem nationes solum in honore fuit Tuscanicum, nec ullius alterius mentio facta unquam est a scriptoribus. Jam vero, utrum ex his alteri præluxerit, & ad illud perficiendum aliquid contribuerit, facilis controversia est, modo, quæ utriusque præcepta fuerint, inter se recte conferantur: neque enim, si in Etruriam Pelasgi venerunt, Doribus in Græcia haud ita finitimi, Doricam quoque ædificandi disciplinam eo secum intulerunt; multo enim facilius fuit, horum contubernio Pelasgicam linguam cum Tuscanica permisceri, quam peregrinas architecturæ leges ibidem inolescere: at nihil commune unquam fuisse Tuscanicæ linguæ cum aliis nationibus, testatur Dionysius⁽¹⁾; quæ causa fuit eidem opinandi, nec Pelasgos, nec alios, magno saltem numero, advenas appulisse unquam in Etruriam. Sed, ne videar conjecturis rem velle peragere, sex modulorum altitudine fuerunt antiquitus columnæ Doricæ, septem Etruscæ; ait enim Vitruvius de Doribus loquens⁽²⁾: Cum voluissent columnas conlocare, non habentes symmetrias earum, & quærentes quibus rationibus efficere possent, uti & ad onus ferendum essent idoneæ, & in adspectu probatam habere venustatem, dimensi sunt virilis pedis vestigium; & cum invenissent, pedem sextam partem esse altitudinis in homine, ita in columnam transfulerunt, & qua crassitudine fecerunt basim scapi, tantum eam sexies cum capitulo in altitudinem extulerunt. De Etruscis vero⁽³⁾: Eæque (columnæ) sint ima crassitudine altitudinis parte septima. At imminutumne quidpiam ex his est Pelasgorum adventu? Nullo modo; sed auctus potius columnis Doricis modulorum numerus, ut septem essent ritu Etruscorum, teste Vitruvio⁽⁴⁾: Posterius vero elegantia subtilitateque iudiciorum progressi, & gracilioribus modulis delectati, septem crassitudinis diametris in altitudinem columnæ Doricæ..... constituerunt (Tab. XXV. fig. IV). Igitur Doræ potius ab Etruscis aliquid acceperunt; si enim secus factum esset, quod de Doribus non siluit, nec de Etruscis reticuisset Vitruvius. Præterea quandonam spira Tuscanicæ architecturæ defuit? At desiderata diu est in Dorica: inquit enim Vitruvius agens de Jonibus⁽⁵⁾: Dianæ constituere ædem quærentes, novi generis speciem (idest architecturæ genus diversum a Dorico) iisdem vestigiis ad muliebrem transfulerunt gracilitatem; & fecerunt primum columnæ crassitudinem altitudinis octava parte, ut haberent speciem excelliorem; basi spiram supposuerunt pro calceo. Item Plinius⁽⁶⁾: In Ephesiæ Dianæ æde, de qua prius fuit sermo, primum columnis spiræ subditæ. Spira igitur omnium prima apud Græcos Ionica fuit; si enim Attica præcesserat, quid opus fuit Jonibus quærere novi generis speciem, & spiram, quam basi pro calceo supponerent, cum eam haberent præ manibus? De utraque scribit Vitruvius, ac primum quidem de Attica⁽⁷⁾: Altitudo ejus (spiræ), si Atticurges erit, ita dividatur, ut superior pars tertia parte sit crassitudinis columnæ; reliquum plintho relinquatur. Dempta plintho, reliquum dividatur in partes quatuor, fiatque superior torus quartæ: reliquæ tres æqualiter dividantur, & una sit inferior torus; altera pars cum suis quadris scotia, quam Græci πρόχλον dicunt. Deinde transit ad Ionicam: Sin autem Ionicæ erunt faciendæ, symmetriæ earum sic erunt constituendæ, uti latitudo spiræ quoquo versus sit columnæ crassitudinis, adjecta crassitudine quarta & octava: altitudo, uti Atticurgis, ita & ejus plinthus: reliquumque, præter plinthum, quod erit tertia pars crassitudinis columnæ, dividatur in partes septem &c. Una igitur cum spira cæpta est, sed tanto post jam constitutam Etruscorum architecturam, adhiberi plinthus a Græcis, ut patet ex Græcorum operum reliquiis, & ex ipsa voce, πλινθος, seu later, qui quadratus fieri solet, aut rectangulus. Contra Etrusci ea uti rotunda maluerunt, ut scribit Vitruvius, ubi de spiris

(1) Antiq. Roman. lib. 1. (2) Lib. 4. cap. 1. (3) Lib. 4. cap. 7. (4) Lib. 4. cap. 1. (5) Ibidem. (6) Lib. 36. cap. 23. (7) Lib. 3. cap. 3.

o produssero felicemente il lor frutto , o quasi affatto perirono . Quindi riconosco esser derivate due spezie d' architettura, cioè la Toscana, e la Dorica; non parlando dell' Egizia, la quale e per la vicinanza coi Caldei, e coi Palestini, e per una certa simiglianza ed affinità colle spezie suddette non può non riferirsi alla stessa origine . Non vi farà, per quanto io credo, chi neghi, essere state antichissime queste due spezie; imperocchè appo i Greci dopo la Dorica ne venne la Jonica, indi la Corintia: e dagli Italiani, e dalle nazioni loro circonvicine, fu ricevuta soltanto la Toscana, nè di verun' altra si è mai fatta menzione dagli Scrittori . Qual poi di queste due sia stata la prima a risplendere, ed abbia contribuito qualche cosa alla perfezione dell' altra, facil cosa è il deciderlo, purchè si faccia un giusto confronto de' precetti dell' una con quei dell' altra; imperocchè, se i Pelasgi, che non sono poi così vicini ai Dori nella Grecia, vennero in Toscana, non portaron però seco anche la maniera di fabbricare alla Dorica; essendo stato più facile, che colla loro conversazione facessero un misto di lingua Etrusca e Pelasgica, di quel che v' allignassero regole straniere di architettura: e pure Dionigi ⁽¹⁾ attesta, che la lingua Toscana non ha mai avuto cos' alcuna di comune colle altre nazioni: il che gli ha dato motivo di credere, che nè i Pelasgi, nè altri forestieri, almeno in gran numero, abbiano mai approdato in Toscana. Ma, per non parere, ch' io voglia trattar la causa a forza di congetture, le colonne Doriche ne' più antichi tempi furono di sei moduli, e di sette furono le Toscane; dicendo Vitruvio, allor che parla de' Dori ⁽²⁾: *Avendo eglino voluto collocar le colonne, non avendone le simmetrie, e cercando le maniere per poter fare, ch' elle fossero atte al sostegno del peso, e fossero d' aggradevole aspetto, misurarono la pianta del piede virile; ed avendo osservato, che il piede è la sesta parte dell' altezza dell' uomo, si servirono di questa proporzione per la colonna, facendola alta col capitello per quanto erano sei grossezze della pianta del fusto.* In quanto ai Toscani poi dice ⁽³⁾: *E siano (le colonne) grosse in fondo per una settima parte dell' altezza.* Ma colla venuta de' Pelasgi furono elleno forse fatte qualche poco più basse? No certamente. Fu bensì accresciuto il numero de' moduli alle colonne Doriche, perchè fossero di sette, secondo l' uso de' Toscani; imperocchè dice Vitruvio ⁽⁴⁾: *Quei che dipoi ne vennero, avanzatisi nella cognizione del bello, e nell' assottigliamento dell' ingegno, e diletatatisi di modanature più gracili, fecero alta la colonna Dorica per sette diametri della grossezza* (Tav. XXV. fig. IV). Dunque i Dori piuttosto prefero qualche cosa dai Toscani; imperocchè, se fosse accaduto diversamente, Vitruvio non avrebbe lasciato di dir de' Toscani quel che non ha taciuto de' Dori . E poi, quando mai mancò la base all' architettura Toscana? Mancò bensì per lungo tempo alla Dorica; dicendo Vitruvio, allor che parla de' Jonj ⁽⁵⁾: *Volendo questi erigere un tempio a Diana, ne inventarono una nuova spezie (cioè una maniera d' architettura, diversa dalla Dorica) sull' istesso andare, imitando la gracilità delle donne; e primieramente diedero alle colonne la grossezza d' una ottava parte dell' altezza, acciocchè comparissero più alte, e sottoposero alla pianta la base per calzare.* E Plinio ⁽⁶⁾ ancora: *Nel tempio di Diana Efesia, di cui si è precedentemente parlato, furono per la prima volta sottoposte le basi alle colonne.* Dunque la prima base appressò i Greci fu la Jonica; imperocchè, se di prima v' era l' Attica, che bisogno avevano i Jonj di cercare una nuova spezie, ed una base da sottoporre alla pianta per calzare, quando l' avevano alla mano? Vitruvio così parla dell' una e l' altra, e primieramente dell' Attica ⁽⁷⁾: *L' altezza di esse (basi), se sarà Attica, sia divisa in maniera, che la parte superiore sia quanto una terza parte della grossezza della colonna; il rimanente si lasci pel plinto. Toltone il plinto, dividasi il resto in quattro parti; e il toro superiore sia per la quarta; le altre tre siano ugualmente divise; una diasi al toro inferiore, l' altra alla scozia, chiamata da' Greci $\tau\rho\upsilon\chi\iota\lambda\omicron\nu$, co' suoi listelli.* Passa poscia alla Jonica: *Se poi si dovranno fare Joniche, le simmetrie saranno, che la larghezza della base da tutt' i versi sia per una grossezza della colonna, aggiuntavi la quarta ed ottava grossezza: l' altezza sia la stessa, che quella dell' Attica, e così il plinto di essa; oltre il plinto poi, il rimanente, che sarà per una terza parte della grossezza della colonna, divida si in sette parti, ec.* Dunque i Greci incominciarono ad usare il plinto assieme colla base, come apparisce dagli avanzi delle loro opere, e dalla stessa voce $\mu\alpha\tau\tau\omicron\nu\sigma$, o sia mattone, che suol farsi quadrato, o rettangolo; ma molto affai dopo lo stabilimento dell' architettura Etrusca. All' incontro i Toscani vollero farlo piuttosto rotondo, come scrive Vitruvio, allor che tratta delle

(1) Nel lib. 1. delle antich. Romane. (2) Nel lib. 4. al cap. 1. (3) Nel lib. 4. al cap. 7. (4) Nel lib. 4. al cap. 1.
 (5) Ivi. (6) Nel lib. 36. al cap. 23. (7) Nel lib. 3. al cap. 3.

ris Tuscanicis agit: Habeant spiræ earum (columnarum) plinthum ad circinum (Tab. XXIX. fig. I. lit. B, & C). Optime id quidem: nam, ut in ratione Dorica vitio triglyphis vertitur, quod non omnibus ejus generis ædificiis conveniant; ita minus videtur probanda plinthus quadrata, quod non omnibus Græcorum ædibus aptari commode possit: quid enim, si ædes rotunda sit, & porticu circum columnata? Cum omnes in ea lineæ centrum æque respiciant propter cycloidem figuram, quei plintho quadratæ locus in ea porticu erit, quæ nec cum æde tota, nec cum ejus partibus recte consentiet? Viderunt id ipsum Græci, eorumque sectatores; nam, cum ædes rotundas columnatasque construerent, plinthum aut penitus e spira sustulerunt, ut patet ex æde Tiburtina, vulgo Sybillæ, ex æde S. Mariæ, quam a Sole nuncupant, ad Tiberis ripam, & ex hemicyclo Prænestino; aut eam, non sine confluentium offendiculo, parum a solo exstantem reliquerunt, ut factum videmus in templo Pantheon, quasi eos puderet plinthum tam abnormem conspicuam apponere. Hactenus ex his, quæ diximus, necquidquam architecturæ Doricæ acceptum refert Tuscanica, & multo ea emendatior videri merito potest. Quod si, cum adhiberi spira cœpit a Græcis, pluribus distincta partibus est & ornatibus; videant hi, ne quantum addiderunt elegantiae, tantum majestati detraxerint; cui potius, quam oculorum lenocinio, Etrusci studuerunt. Et quoniam Tuscanicam columnarum rationem improbare Dores non possunt, quam rejectis majorum institutionibus sequi voluerunt; num quidpiam erit, quod reprehendatur in capitulis, in quibus æque ipsis, & Etruscis simplicitas olim placuit potius, quam effrænata novitatis licentia, quæ deinde consequuta Dores una cum reliquis Græcis a patria consuetudine, & aliquoties etiam Etruscis abripuit? Sed antequam de hoc loquar, quoniam venimus ad epistylum, quod par olim Etruscis fuit, ac Doribus; præcavenda mihi videtur ea macula, quæ Tuscanicæ architecturæ adhæresceret, si ea ratio, qua Perraultius, & Le-Royus reliquum ædis Tuscanicæ construunt (Tab. XXIX. fig. III), Tuscanica diceretur. Murum hi epistylis adjiciunt (eadem Tab. & fig. lit. A); supra hunc vero, & sub corona promittunt conspicua quorundam tignorum capita. Sit hic Græcanicus zophorus (quamquam ne Græcanicus quidem; quid enim super eum prostant tignorum frontes, quæ intra eundem, sive in triglyphos versæ Dorico more, seu Ionico prorsus contextæ, latere debuissent?), Tuscanicus certe haberi nullo modo potest; fuerunt enim apud Etruscos zophori loco mutulorum frontes super epistylum (Tab. XXIX. fig. II. lit. A, C) antepagmentis intectæ. Unde petita sit hæc ædificandi disciplina, omnino ignoro; non est ea certe ex præscripto Vitruvii, qui de Tuscanicæ ædis structura loquens: Supra traves, inquit (idest supra epistylum, ead. fig. II. lit. A), & supra parietes (lit. B) trajecturæ mutulorum parte quarta altitudinis columnæ projiciantur; item in eorum frontibus antepagmenta figantur (lit. E). Patet ex hoc loco quid mutuli sint; non cantheriorum nimirum extremitates, sed tignorum, quæ contignationem efficiunt: hæc enim proprie dicuntur trajici, & extra murum exporrigi (Tab. XXVII. fig. VII. lit. I), cum cantherii tantummodo proclinentur. Verum eligant ex his duobus alterutrum quod malint, qui aliter sentiunt. Si ad contignationis tigilla mutulos referunt; muri adjectio (Tab. XXIX. fig. III. lit. A) quid facit? Cur non eos epistylis superimponunt, ut docet Vitruvius? Sin ad cantherios, spoliabitur tignis ædes Tuscanica; nec aberit a suspitione, quasi contignatione caruerit. Sed multo illud absurdius, quod certe consequetur. Nam cum superiori, quem retulimus, loco statim adscribat Vitruvius: Supraque ea (antepagmenta, Tab. XXIX. fig. II. lit. E) tympanum fastigii (lit. F) ex structura, seu de materia conlocetur; supraque id fastigium columen, cantherii, templa &c. quonam fieri modo poterit, ut cantherii, qui a tecti columine costarum instar feruntur utrinque in subgrundam, prodeant in ipsa ædis fronte inter epistylum & tympanum? At id accidere necesse esset, si mutuli ad cantherios pertinerent; magna sane in scribendo Vitruvii oscitantia, qui de cantheriorum mutulis, sive extremitatibus prius loqueretur, quam diceret de ipsis cantheriis, & quo eos loco conlocandos arbitraretur. Quod si de tectis testudinatis verba fierent, quæ,

delle basi Toscane: *Abbiano le basi di loro* (cioè delle colonne) *il plinto rotondo* (Tav. XXIX. fig. I. lett. B, e C). Ottimamente, a dire il vero; imperocchè, in quella guisa che nella maniera Dorica si dà a' triglifi la taccia, che non si possono usare in tutte le sorte d'edifizj fatti alla stessa maniera; così molto meno sembra doverfi approvare il plinto quadrato, perchè non può comodamente adattarsi a tutt' i templi de' Greci: giacchè, se il tempio sarà rotondo con portico colonnato all' intorno, che ne avverrà? Se in esso tutte le linee, per la sua figura circolare, tendono ugualmente al centro; come mai potrà usarsi in un tal portico il plinto quadrato, il quale non si accorderà nè col tutto, nè colle parti del tempio? Si son bene accorti di ciò i Greci, ed i loro seguaci; e quindi è avvenuto, che qualora han fabbricato templi rotondi e colonnati, o han tolto via affatto il plinto dalla base, come si vede nel tempio di Tivoli, volgarmente detto della Sibilla, nel tempio di S. Maria, chiamato del Sole, in riva al Tevere, e nel semicircolo di Palestrina; ovvero ve lo lasciarono, ma poco sollevato da terra, ove inciampavano i concorrenti, come veggiamo essere stato fatto nel Panteo, quasi che si vergognassero di porre in vista un plinto così irregolare. Da quel che fin qui s'è detto, l'architettura Toscana di nulla è debitrice alla Dorica, e può giustamente comparire molto più corretta di questa. Che se i Greci, allor che incominciarono a usar la spira, la fecero di più parti, e molto adorna, badino, che quanto v'aggiunsero di bello, non le abbia scemato altrettanto il grandioso, a cui attesero i Toscani più, che ad allettare i riguardanti. E perchè i Dori non possono disapprovare le colonne alla Toscana, avendo voluto seguirne la moda, con rigettar quella che avean ricevuta da' loro maggiori; sarà forse da riprenderfi qualche cosa ne' capitelli, la semplicità de' quali da essi ugualmente, che da' Toscani, una volta fu più gradita, che quella sfrenata invenzione di cose nuove di poi succeduta, la quale ritrasse dalla patria consuetudine i Dori con tutto il restante della Grecia, e qualche volta ancora i Toscani? Ma prima di parlar di questo, giacchè siam venuti all'architrave, che una volta presso i Dori fu della stessa misura di quel de' Toscani, sembrami di dover prevenir quella taccia, che porterebbe seco l'architettura Etrusca, se si tenesse per Toscana la maniera, con cui il Perrault, ed il Signor Le Roy han fatto il rimanente del tempio Toscano (Tav. XXIX. fig. III). Aggiungono costoro all'architrave una spezie di muro (come si vede nella stessa Tav. e fig. alla lett. A), sopr' a cui, e in conseguenza sotto la cornice, fanno sporgere le cime d'alcuni travicelli. Sia pur questo un fregio Greco (benchè neppur Greco possa essere; imperocchè che vi fan sopra quelle cime di travicelli, le quali avrebbero dovuto star nascoste dentro di esso, o convertite in triglifi secondo l'uso Dorico, o affatto coperte, come usano i Jonj?), non può certamente tenerfi in alcun modo per Toscano; atteso che i Toscani usarono, in vece del fregio, di fare sporgere in fuori su l'architrave le cime de' mutuli coperte cogli antepagamenti (Tav. XXIX. fig. II. lett. A, C). Io per me non so donde mai sia stata appresa una sì fatta maniera di fabbricare; so bene di certo, ch'ella non è secondo i precetti di Vitruvio, il quale, parlando della costruzione del tempio Toscano, dice: *Sopra le travi* (cioè sopra l'architrave, d. fig. II. lett. A), *e sopra le pareti* (lett. B) *si facciano sporgere i trapassi de' mutuli per una quarta parte dell' altezza della colonna; e si affigano alle lor fronti gli antepagamenti* (lett. E). Da questo passo apparisce che cosa siano i mutuli; cioè, che non sono altrimenti l'estremità de' cantieri, ma de' correnti che compongono il soffitto: poichè questi propriamente si dicono trapassare, e sporgere fuor del muro (Tav. XXVII. fig. VII. lett. I); non già i cantieri, che scendono soltanto dall' alto al basso. Ma quei che sono di diverso parere, eleggano di queste due cose quella che più lor piace. Se voglion, che i mutuli appartengano ai correnti del soffitto, a che serve quella giunta di muro? (Tav. XXIX. fig. III. lett. A) Perchè non li pongono eglino su l'architrave, come insegna Vitruvio? Se poi ai cantieri, il tempio Toscano rimarrà senza correnti, non senza sospetto, che non gli si sia fatto il soffitto. Ma sarà un assurdo maggiore, quel che ne avverrà in conseguenza; imperocchè, soggiugnendo Vitruvio nel passo di sopra riferito: *E sopra questi* (antepagamenti, Tav. XXIX. fig. II. lett. E) *si collochi il timpano del colmigno* (lett. F), *il quale sarà di costruzione, o di legname; e sul colmigno, l'asinello, i cantieri, i tempiali, ec.* come mai potrà essere, che i cantieri, i quali dall' asinello del tetto si protraggono a guisa di coste dall' una e l'altra parte fino alla gronda, vengano ad uscir fuori nella facciata del tempio fra l'architrave ed il timpano? Ma ne avverrebbe necessariamente questo, se i mutuli appartenessero a' cantieri; con disattenzione ben grande di Vitruvio nello scrivere, quale sarebbe quella d'aver

quadrifariam dispersita quod sint, in quatuor item partes, ac proinde in ipsam etiam ædis frontem cantherios demittunt a columine, facilis intellectu res esset; ubi vero de pectinatis sermo est, qualia erant in Græcorum ædibus, & Etruscorum, cum ea utrinque tantum proclinentur ad latera, quei locus cantheriis esse potest in fronte? Ob id ipsum satis excogitare non possum, quid Græcos induxerit, ut in suis operibus, præsertim quæ rationis Doricæ sunt, ubi zophorus non deest, nec triglyphi, mutulos nihilominus sub ipsum tympanum adposuerint. Unde enim hi oriuntur? Non utique a cantheriis; nulli enim ibi sunt. Igitur a tigillis contignationis: at horum frontes, cum ipsi triglyphi sint, quid geminantur contra omnem veritatem? Habeant sibi quidem huiusmodi mutulos Græci, si tantopere ipsis arrident; desinant vero Tuscanicæ architecturæ eos obtrudere, ne alienis hæc vitii laborare videatur. Cum enim ea ex Vitruvio mutulos ex contignatione prodeuntes in pronao supra epistylum, stata mensura, projiceret (Tab. XXIX. fig. II. lit. A), extra pronaum vero, ubi epistylum non est, supra muros ad utrumque latus (lit. B), & partem posticam exporrigeret; quid in illa erat, quod non cum veritate & certa ratione conveniret? Neque vero me movet, quod mutulos Vitruvius pro cantheriorum extremitatibus etiam usurpaverit: sequutus est, ut opinor, analogiam quamdam, quod novum non est apud scriptores, ne ab usitata voce discederet, quæ cum idem valeat, ac mutilum quidpiam, vel extremum, aut detruncatum, promiscue usus ea est ad frontes seu cantheriorum, seu tigillarum contignationis significandas: etsi enim hæc exactæ non sint tamen ita prodeunt e pariete, & ab eo quodammodo interfecantur, ut cum exactis & mutilis similitudinem quamdam habere videantur. Æqui igitur lectoris erit, quo sensu accipi eam vocem oporteat, cogitare pro re de qua agitur; nec quomodo Vitruvius loquatur, sed quid sentiat animadvertere: ne, cum de Tuscanicis mutulis docet, si eos pro cantheriis sumamus, putetur id præcipere, quod fieri non potest.

LXXXVIII. Sed, ne diutius immorer in re tam levi, queramus potius, quid Le-Royum impulerit, ut diceret de Græcis: Ils disposerent leurs cabannes avec tant de sagesse, qu' ils en ont toujours conservé la forme, même dans leurs temples les plus magnifiques. Les entablements les plus riches n' ont eu d' autre origine que l' arrangement des pièces du bois du plafond, ou du comble, qu' ils remarquoient aux cotés lateraux de ces cabannes. Equidem non video, quid tanta sapientia opus fuerit in casis struendis, re nimirum rusticis etiam hominibus exploratissima; nec etiam arbitror, novi cujusdam generis & mirifici eas casas fuisse, ut patet ex ipsa forma sane vulgari & usitata, quam in ædes transtulerunt. Ex lateribus aliquot sigillatis musei Capitolini, & Kircheriani, in quibus Nili ripa nobis ostenditur, duo deprehendimus casarum genera, rotundum, & oblongum, quot nimirum ædium quoque genera vulgo fuerunt apud antiquos: sed, si retenta forma est, quam vere trabium quoque, & tignorum collocationem, quæ in mappalibus erat, dicuntur in ædibus Græci servasse, in quibus sub tympano mutulos adposuerunt, qui nulli sunt nec in casis, quas recensuimus, nec in domibus humilioribus, quæ tecto pectinato sunt, ut manifestum est urbes & oppida circumeuntibus? Atque hæc quidem mappalium structura, prima ea fuisse videntur ad architecturæ comparationem vestigia, quæ Græci ex Le-Royo tam feliciter posuerunt, ut ab eorum norma nunquam discesserint; ait enim, antequam veniat ad ea verba, quæ superius exscripsi: Les premiers pas que les Grecs firent dans l' architecture, furent si heureux, qu' ils ne s' en sont jamais écartés; & ils méritent peut-être en cela les plus grands éloges, la réflexion ne gâtant que trop souvent les productions simples du premier effort du génie. At si tam egregie casas extruxerant, ut ne Deos quidem apud se habitare elegantius posse arbitrarentur, quid tam cito eos pœnituit tantæ illius sapientiæ, ut, cum mappalium ritu ædes edificare cœpissent, mutulis sub earum tympano trajectis, pristinam trabium & tignorum rationem commutarent? Quod si non de agrestibus hisce vestigiis loqui se dicat Le-Royus, quæ tamen, si ita est, non tantopere commendare debuisset; rerum enim humanarum rudia solent esse principia, & quæ perfici paulatim

parlato de' mutuli, o siano estremità de' cantieri, prima di dir de' cantieri medesimi, e com'egli credeva che si doveffero collocare. Che se si parlasse di tetti testudinati, i quali piegando da quattro parti, tramandano perciò dal colmo eziandio in quattro versi i cantieri, e in conseguenza su la stessa facciata dell'edifizio, sarebbe cosa facile a intendersi: ma quando trattasi de' pettinati, com'eran quei de' templi de' Greci, e de' Toscani, essendo questi inclinati soltanto di quà e di là verso i lati, in qual modo i cantieri possono aver luogo nella facciata? Per questo appunto non so comprendere, come mai i Greci sianfi nelle loro opere indotti a porre i mutuli sotto lo stesso timpano, spezialmente in quelle di maniera Dorica, dove non mancano nè il fregio, nè i triglifi! Imperocchè donde mai questi nascono? Dai cantieri, non già; perchè questi non vi sono. Dunque nascono da' correnti del soffitto: ma, se i triglifi formano le lor cime, perchè raddoppiarli ad onta d'ogni verità? Si tengano per tanto i Greci una tal sorta di mutuli, se tanto lor piacciono; ma lascino di rinfacciarli alla Toscana architettura, acciocchè non sembri che questa sia infetta de' vizj altrui: imperocchè, se in essa, secondo Vitruvio, i mutuli, uscendo dal soffitto, sporgevano fino ad una certa misura sull'architrave dell'antitempio (*Tav. XXIX, fig. II, lett. A*), e fuori dell'antitempio, ove non è architrave, sporgevano sopra il muro dall'uno e l'altro lato (*lett. B*), e dalla parte deretana del tempio; che cosa mai v'era, che ripugnasse al vero, ed alla giusta maniera d'operare? A me poi non reca stupore, che Vitruvio abbia nominati i mutuli per significare l'estremità de' cantieri; avendo voluto seguire, come io credo, una certa analogia (il che non è cosa insolita presso gli scrittori) per non allontanarsi da un vocabolo usato, che volendo dir l'istesso, che una cosa mutilata, o estrema, ovvero tronca, se n'è indifferentemente servito per dinotare le cime sì de' cantieri, che de' correnti del soffitto; imperocchè, quantunque esse non siano rifegate, escono nonpertanto dalla parete, e son da essa in un certo modo intersecate in guisa, che sembrano avere una tal qual similitudine colle cose rifegate e mutilate. Giudichi adunque il discreto leggitore, in qual senso debba prenderfi un tal vocabolo in riguardo alla cosa, di cui si tratta; e rifletta, non come parla Vitruvio, ma qual sia il di lui sentimento, affinchè quando egli parla de' mutuli Toscani, se noi li prendiamo per cantieri, non si creda, ch'ei prescriva una cosa da non potersi fare.

LXXXVIII. Ma, per non perder più tempo intorno a cosa di sì poco momento, cerchiam piuttosto per qual motivo il Signor Le-Roy abbia detto de' Greci, che *disposero le lor capanne con tanta saviezza, che anche ne' loro templi i più magnifici ne han sempre conservata la forma. I soprornati i più ricchi non hanno avuta altra origine, se non dall'assettamento de' correnti del soffitto, o del comignolo, ch'eglino osservavano dalle parti laterali di queste capanne.* Io per me non so vedere, che bisogno siavi stato di tanto sapere nel costruir capanne; di che son capacissimi ancora gli stessi contadini; nè tampoco credo, che quelle capanne fosser d'una qualche nuova e maravigliosa maniera, come si ravvisa dalla stessa forma, ordinaria in vero ed usitata, che traferirono ne' lor templi. In alcuni bassirilievi laterizj del museo Capitolino, e Kircheriano, i quali ci mostrano la riva del Nilo, si vedono due sorte di capanne, cioè rotonda, e bislunga, quante appunto furon comunemente presso gli antichi anche le forme de' templi: ma, se ne fu conservata la forma, come potressi dire con verità, che quel medesimo assettamento di travi, e di correnti, che si faceva nelle capanne, fosse osservato da' Greci ne' templi, ne' quali posero sotto il timpano i mutuli, che non si trovano nè nelle capanne di sopra mentovate, nè nelle case più ordinarie, che hanno il tetto a due gronde, come è noto a tutti coloro, che viaggiano per le città e per le terre? Questa costruzione di capanne sembra essere state quelle prime orme per l'acquisto dell'architettura, le quali i Greci, secondo il Signor Le Roy, con tanta felicità stabilirono, che dalla loro norma non si dipartiron giammai; dicendo egli, prima delle parole di sopra riferite, *che i primi passi che i Greci fecero nell'architettura, furono così felici, che non se ne sono giammai allontanati; e meritan forse perciò i maggiori elogj, attesa che la riflessione vizia bene spesso le produzioni semplici del primo sforzo dell'ingegno.* Ma s'essi aveano fabbricate capanne sì egregiamente, che si davano a credere, non potere neppur gli Dei avere appo loro abitazione più elegante, perchè si pentiron eglino così presto di quel sì gran sapere, che, avendo incominciato a fabbricare i templi a guisa di capanne, mutaron poi la precedente maniera d'assetar le travi e i correnti, col fare sporgere i mutuli sotto il timpano? Se poi il Signor Le Roy dirà, che non parla di queste rozze vestigie, le quali per altro, se così è, non doveva egli cotanto lodare; imperocchè i principj delle cose umane sogliono esser

tim postulent; quæram ex eo: cum Dores Græcorum omnium primi animum ad architecturam appulerint; cur, cum in ea non mediocriter profecissent, columnas, quæ senis modulis constabant apud eos, septenorum deinde eas esse voluerint? Cur spiram eisdem adjecerint, epistylum imminuerint, triglyphos excogitaverint? Sed, ut nec Dores nimium urgeam, & de universa Græcia potius loquar; cum Doricæ rationes percrebuisent, num iis standum reliqui censuerunt? Non Jones inventi sunt, qui aliter sentirent; non deinde Corinthii? Quorum omnium multiplex architectura etsi Græciam in partes distraxerit, tamen si, quod diversarum regionum propria fuit, a primis unaquæque institutis, ac veluti nota, qua discriminaretur a reliquis, aberrasse dicenda non erit; num provincialibus hisce finibus Græcos coercuit, ne quid novi molirentur? Nam præter spiram ab Atticis excogitatam, quam Atticurgem Vitruvius adpellat; quid de Corinthiis sentiemus, quorum columnæ, Vitruvio teste⁽¹⁾, præter capitula, omnes symmetrias habent, uti Jonicæ; cætera membra, quæ supra columnas imponuntur, aut e Doricis symmetriis, aut Jonicis moribus in Corinthiis columnis conlocantur? Quid, ne abeam per singula, de genere Composito, quod apud Græcos ex aliorum generum admixtione coauluit? Nihilne simplicibus obsuit inventis tanta hæc ingenii contentio in rebus novandis; nec ab ea via, quam semel arripuerant in hoc architecturæ regno sibi comparando, Græci unquam deflexerunt, ut maximis ob id laudibus, Le-Royi judicio, ornandi videantur? Ego vero laudem eorum ingenio tribuerim, quod tam multa protulerint; constantiam vero, quam non agnosco, laudare non possum. Neque vero confugere Le-Royus eo potest, ut dicat, ab iis principiis, quibus architecturæ summa continetur, Græcos numquam descivisse; communia enim hæc fuerunt tam Græcorum, quam Etruscorum: ecquis enim est, si modo haberi & esse architectum se velit, qui non constanter ea curet, quæ ad ædificiorum firmitatem, quæ ad commodum, quæ demum ad elegantiam & dignitatem pertineant? Ac firmitatis quidem unam omnium esse disciplinam, non in arbitrio hominum positam, sed in ipsa rerum natura, nemo est, qui non videat: utilitatis, & commodi ratio a populorum consuetudine petenda, & moribus est: elegantiae vero, & dignitatis variam esse posse intelligo; pendet enim ab artificum ingenio, & incolentium arbitrio. In his igitur providendis eademne semper Græci, quam ingressi olim fuerant, viam tenuerunt, apud quos tantam tam sæpe architecturæ rationum commutationem factam esse deprehendimus? Mihi quidem id de Etruscis videtur prædicari verius posse, qui & maxime omnium in ædificiis exstruendis firmitati consuluerunt, nec minus utilitati, & elegantiae, quam plenissimam gravitatis semper esse voluerunt; eadem vero, ac Græci, ædium formam sequuti, novarum tamen rejectis cupiditatibus ita pristinas institutiones, quamdiu ipsis licuit, retinuerunt, qu' ils ne s' en font jamais écartés; & ils méritent peut-être en cela les plus grands éloges, la reflexion ne gâtant trop souvent les productions simples du premier effort du génie. Ita profecto est: una enim omnium apud eos & eadem architectura fuit; nec in tam diuturno, latoque per Italiam imperio repletus quisquam est, qui aliquid ex ea detrahendum, aut eidem addendum arbitraretur: sed, postquam novitas Romæ placuit, & altius in ea radices architectura Græcanica posuit, aliquid de pristina severitate remittendum Etruscis fuit; præsertim cum in Græcos converso populi Principis studio, aut sapere se oportere aliorum arbitrio intelligerent, aut artem de sinere. Hæc ratio fuit, cur in monopteris Græcanico more epistylum imminuerint, lege tamen solum raro transita, ut aliis obsequerentur, non aliis pene omnibus passim & promiscue, ut ingenio, & novis rebus indulgerent. Et vero, cum Græcos viderent omnium ferme generum rationes tam facile permiscere, nefas sibi esse ducerent, si, ubi tempus id postularet, a patrio aliquo instituto leviter aliquando deflecterent? Quid vero, si gratiam hoc ipso Græcis retulerunt? Ait enim Vitruvius⁽²⁾: Nonnulli etiam de Tuscanicis generibus sumentes columnarum dispositiones, transferunt in Corinthiorum, & Jonicorum operum ordinationes; quibus enim locis in pronao procurunt antæ, in iisdem e regione cellæ parietum columnas binas conlocantes, efficiunt Tuscanicorum, & Græcorum operum communem ratiocinationem.

Lucu-

(1) Lib. 3. cap. 1.

(2) Lib. 4. cap. 7.

rozzi, e tali, che abbisognano d'essere a poco a poco perfezionati; gli domanderò: se i Dori sono stati i primi cultori dell'architettura; perchè, quantunque non v'aveffero fatto poco progresso, vollero, che le colonne, le quali appo loro erano di sei moduli, fossero poscia di sette? Perchè vi sottoposer la base, diminuirono l'architrave, inventarono i triglifi? Ma, per non incalzar troppo i Dori, e per parlar piuttosto di tutta la Grecia; allor che la maniera Dorica si fu propagata, gli altri credettero forse di doverla seguire? E non si trovarono i Jonj, che furono di contrario parere; e dopo di loro i Corintj? E quantunque la variante architettura di tutti costoro dividesse in parti diverse la Grecia; nondimeno, se, per essere stata ciascheduna propria di varj paesi, non dovrà dirsi, che si allontanasse dalle prime istituzioni, e come da un carattere che la distingueva dalle altre; si contenero poi forse i Greci in questi confini delle lor provincie, sì che nulla macchinarono di nuovo? Imperocchè, oltre la base inventata dagli Attici, e detta perciò Attica da Vitruvio, che direm noi de' Corintj, *le cui colonne, come attesta Vitruvio⁽¹⁾, alla riserva de' capitelli, hanno le stesse simmetrie delle Joniche; e gli altri membri, che si pongon sopra le colonne, si fanno nelle colonne Corintie o con simmetrie Doriche, o alla maniera Jonica?* E per non parlare di ciascheduna, che diremo della maniera Composita, la quale nacque appresso i Greci dal mescolamento delle altre maniere? Forse che nulla pregiudicò alle invenzioni semplici sì gran prurito d'innovazioni; nè i Greci traviaron mai dal sentiero una volta preso in questo regno d'architettura, talchè, a giudizio del Sig. Le Roy, abbian perciò a meritare i più grandi elogj? Io all'incontro loderei il loro ingegno per le molte invenzioni; ma per altro non posso lodare in loro quella costanza, che non vi ravviso. Nè il Signor Le Roy può difendersi col dire, che i Greci non si dipartiron mai da que' principj, ne' quali consiste la somma dell'architettura; essendo stati essi comuni tanto a' Greci, quanto a' Toscani: imperocchè ove mai si trova chi voglia essere architetto, ed esser tenuto per tale, e non offervi costantemente quel che appartiene alla sodezza, al comodo, ed altresì all'eleganza e decoro degli edifizj? Ognun vede, che la sodezza da per tutto s'apprende ad un modo, come quella che non è riposta nell'arbitrio degli uomini, ma bensì nella natura delle cose. Quel che riguarda l'utile e il comodo, dee regularsi secondo la consuetudine e i costumi de' popoli. Quel che poi appartiene all'eleganza, e al decoro, conosco ancor io, che può esser differente; giacchè dipende dall'ingegno degli artefici, e dall'arbitrio degli abitanti. Or in provvedere a queste cose si tennero sempre i Greci a quella via, per cui una volta si erano incamminati; i Greci, dico, appo i quali troviamo essere stata fatta una sì grande e sì spessa mutazione di maniere d'architettura? A me sembra, che con maggior verità ciò dir si possa de' Toscani, che più di tutti attesero alla sodezza degli edifizj, e niente meno all'utile e al bello, in cui vollero che sempre abbondasse il grandioso; avendo poi eglino usato ne'lor templi l'istessa forma che usarono i Greci, nè essendosi però dilettrati di altre, sono stati osservatori tali delle prime loro istituzioni, finchè fu in loro libertà, *che non se ne sono mai allontanati, e meritano forse per ciò i più grandi elogj, attesa che la riflessione vizia spessissime volte le produzioni semplici del primo sforzo dell'ingegno.* Così è in verità; imperocchè l'architettura appo loro fu sempre una sola, nè in un imperio sì lungo, e così esteso per l'Italia, si ritrovò mai chi giudicasse, doverse sola, o aggiugnere la minima cosa. Ma, dopo che in Roma piacque la novità, e l'architettura Greca vi pigliò maggior voga, i Toscani furono costretti a deporre in parte l'antica severità; specialmente al vedere, che, datosi il popol Principe a' costumi de' Greci, bisognava o sapere a modo altrui, o abbandonare la professione. Questa fu la ragione, per cui eglino ne' monopteri diminuirono l'architrave all'usanza Greca; con questa legge per altro, che da loro rare volte fu trasgredita di ubbidire altrui sì, ma non quasi a tutti, nè indistintamente, per operare a capriccio, e cose nuove. Per altro, vedendo, che i Greci erano così facili a mescolare insieme quasi tutte le maniere, doveano essi credere di non poter trascender qualche volta un poco da qualcuna delle patrie istituzioni, ove il tempo lo richiedesse? E poi che vi farà da dire, se con ciò rendettero a' Greci il contraccambio? perchè, come dice Vitruvio⁽²⁾, *alcuni prendendo parimente dalle maniere Toscane la disposizione delle colonne, se ne servono in far le opere alla Corintia, e alla Jonica; imperocchè, dove nell'antitempio vengono innanzi le ante, ivi, incontro alle pareti della cella, collocando due colonne, fanno comune la maniera delle opere Toscane, e Greche.*

(1) Nel lib.3. al cap.1.

(2) Nel lib.4. al cap.7.

Luculentum id etiam est Græcorum in suis architecturæ rationibus constantiæ testimonium: sed, si illis licuit aliquid in rem suam derivare ab Etruscorum disciplina; cur interdictum his fuit, nonnihil e Græcanica sumere, ut, quoquo modo possent, eos remunerarentur? At, cum scribit Vitruvius, nonnullos Tuscanicas rationes Græcanicis inseruisse, eos Græcos fuisse non adserit. Sane velim, id mihi objici: retexam enim æquo animo ea, quæ dixi superius; nec enim, ubi ait Vitruvius, de monopteris, & peripteris agens, epistylum fieri altum oportere crassitudinis imæ columnæ parte dimidia, id ita fieri ait ab Etruscis: utrique igitur sine culpa, tam hi, quam Græci; sed reprehendendi potius sunt, qui, nullis addicti magistris, architecturæ regulis eo tempore tam licenter abutebantur. At, si ita est, & in vi. illo Vitruvii capite de Etruscis non agitur, excident hi e monopterorum, & peripterorum possessione. Ego vero non ita puto; intercedebat enim eis cum Ægyptiis affinitas nescio quæ, & communio, apud quos casus fuisse forma etiam rotunda, ut ex memoratis patet lateribus, ignorare non poterant. Si igitur Græci id formæ genus e suis mappalibus in ædes transtulerunt, adeone hebeti ingenio Etruscos dicemus fuisse, ut nec in suis casis eam formam sequuti sint, nec in ædibus extruendis unquam adhibuerint? Certe, cum de Etruscorum architectura dicat Minutulus^(a), benigne sane, & gratia prorsus immerita, rusticam eam fuisse, & villarum propriam, ipsos æque, ac Græcos, morem in ædificiis servasse, quem tenuerant in mappalibus, fateatur, necesse est. Quod si hæc quoque eis defuisse quis velit, id quidem beneficium fuerit; pro quo (modo ne hi sub dio, aut in speluncis vitam traduxerint, quod de florentissima natione neminem puto dicturum) habeant sibi Græci quidquid usquam est monopterorum, & peripterorum: quanti enim erit, Græcos quidem aliquando, Etruscos vero nunquam, in mappalibus habitasse? Cæterum, quam mihi probatur, casarum formam apud hos populos in ædes transisse, tam videtur vero simillimum, ædium extra columnatarum originem, seu monopteræ essent, seu peripteræ, aut etiam oblongæ, ab Etruscis primum esse deductam: nam, cum hi latioribus subgrundiis uterentur in suis mappalibus, quod patet ex ipso more, quem in ædibus servaverunt, ut extra casarum angustias in aperto esse possent, & apricari, fulcris subinde circum arrectis ad tigilla subgrundiorum sustinenda opus eis fuit, quæ postea in columnas mutata porticus effecerunt.

LXXXIX. Quid vero dicam de capitulo, quod Perusii servatur? Circumvestitur id aliquot acanthi foliis, supra quæ juvenilia totidem prostant capita; a medio ad summum in fronte vacuum ornatu (Tab. VII. fig. I.). Ex eo frondium genere apparet, nonnisi post architecturam Corinthiam elaboratum illud esse, nec Corinthium tamen, nec Tuscanicum, sed nova forma, & prorsus inusitata. Verum, si accensendum Etruscis est loci causa, ostendit hoc opere artifex, non qui eorum mos esset, a quo recessit, sed quid valeret ingenio in capitulis more Græcorum novandis; sin Græcis, erit id quoque alterum eorum constantiæ in suis rationibus servandis indicium. Eligant ipsi utrum malint. Sed, his omissis, quæ, ut pleraque ædificiorum ornamenta, fatetur Investigator, Græcos ad arbitrium commutasse, ad arcus veniamus; quæ sane non mediocris architecturæ pars est. Hos, ait hic auctor, a Græcis inventos: ait, inquam; nam rationem, cur ita censeat, nullam affert. Verum, si quis diceret, eos ab Ægyptiis hanc artem accepisse, utri credendum Investigator arbitraretur? sibine, qui ad fidem faciendam suo tantum nomine abuteretur; an alteri, qui in re tam dubia conjecturam saltem aliquam adferret? at undenam petitam? ab ipso Investigatore. Scribit hic enim⁽¹⁾: Ægyptiorum populus, prior fuit, quantum existimare possumus, qui & divitiis afflueret, & magnifice lauteque ædificia con-

strue-

(1) In Dialogis quos initio recensimus.

(a) In suis Dissert. Historico-Critic. dissert. 4. de Domibus: Expeditis iis, quæ ad domorum materiam pertinent, longe plura circa prisam earundem formam, seu architectonicam rationem, forent prosequenda, ut sunt tres antiqui Græcorum ordines, a quibus & Latini acceperunt: Doricus, quem fortem adpellabant, modicique ornamentum, virilium Deorum templis adhibitus, ut Martis, & Neptuni, &c. Corinthius, quem mollem vocabant, satis comptus, Deabus destinatus: & Ionicus, inter utrumque medius: sicut & Italicus ex supradictis compositus: necnon Tuscanicus, seu rusticus, villarum proprius.

CXCVII. Per altro io direi, che l'architettura Toscana una volta sia stata piuttosto coerente all'Egiziana, che alla Greca; il che si può eziandio osservare in altre opere di diverso genere: imperocchè, come rettamente dice il chiarissimo Caylus, *queste due nazioni sono state ugualmente solite di rappresentare su i loro monumenti grifoni, e leoni alati, e d' incidere iscrizioni su le statue medesime; e che le piramidi innalzate sul sepolcro di Porsena non lasciano in dubbio, esservi stato un commercio reciproco fra gli Egizj, e i Toscani. Non se ne può fissar l'epoca, ma ciò indubitatamente dee riferirsi a tempi remotissimi.* In fatti sembra doverli confessare, che con gli Egizj abbiano avuto un qualche commercio prima i Toscani, che i Greci, se ci sovverremo anche qui di quel che racconta Platone essere stato detto a Solone da quel Sacerdote Egiziano. So nonpertanto, trovarsi alcuni così fessi nella lor persuasione, che credono, non trovarsi nell'architettura cosa alcuna, la quale non sia venuta da' Greci, e che niente debb' approvarsi, che da questi non sia stato inventato. Io per me lodo l'ingegno de' Greci, ma non disprezzo quel de' Toscani. Per non parlar d' altro, forse che il fortificar le città, e difender la salute pubblica contra gl' insulti de' nemici, sembra cosa degna di poca lode? Non parlo de' popoli, in qualunque luogo sian eglino una volta stati, per non trovar briga con veruno in una cosa di cui non tratto; ma parlo soltanto degli Etrusci, e de' Greci.

CXCVIII. Chi dunque furono di questi i primi ad impiegare l' opera e l' arte loro nel procacciare a' cittadini un sì fatto soccorso? I Greci veramente *tempo fa non avevano*, come dice Tucidide ⁽¹⁾, *le abitazioni circondate da veruna fortificazione.* Ma, quando incominciarono ad usarle, con qual nome furon elleno chiamate appo loro? Certamente con quel di *Tyrhis*, se attendiamo al Greco interprete di Licofrone, che d' un tal nome adduce questa cagione; perchè *i Tirseni* (o Tirreni) furono i primi inventori delle fortificazioni. Contuttociò questa maniera Toscana vien chiama-
t t

(1) Nel luogo di sopra citato;

tur a Minutolo ⁽¹⁾. Ita puto: villas Thyrreni suas validis cingebant muris; quod urbibus carerent, & in mappalibus habitarent: quo quid ineptius? Mœnium hujusmodi Etruscorum reliquæ visuntur adhuc Cortonæ, Volaterris, & Albæ in Æquicolis; quæ etsi incertum est quo tempore exstructa fuerint, tamen quadrati lapides ita dispositi, ut perpetuo æqualique versu alii alii superincumbat, antiquissima ea esse facile evincunt: hac enim eadem structura muri cloacarum Romæ sunt, quos opere Etrusco esse, si Livius, & Dionysius consulantur, nemo negaverit. Neque vero, si Albæ in Æquis mœnia, ut alibi diximus, lapidibus non quadratis, nec recta linea succrescentibus, sed varia figura sunt, & nullo ordine sibi invicem innexis, idcirco Etruscis abjudicanda ea censeo, quemadmodum & templi rudera, quæ ibidem supersunt; non dissimili enim artificio veteres vias stratas videmus, quas ita munire facile ab Etruscorum muris Romani didicerunt. Videtur mihi potius una cum Vitruvio, hoc structuræ murorum genus eo fortasse, quod primo loco recensuimus, multo antiquius, nec tamen infirmius; in hoc enim simplicitas quædam apparet priorum temporum propria, in altero elegantia, quæ ut operi accedat, temporis plerumque diurnitatem, & exercitationem requirit. Quamquam quid hæc incerta commemoro, cum hanc urbium muniendarum artem & industriam Etruscorum propriam fuisse, non diffiteatur Le-Royus? ait enim: Si l'on ne peut affirmer, qu'ils n'aient pas (Etrusci nimirum) appris directement des Egyptiens l'art de construire leurs fortes murailles. Igitur ex ipso Le-Royi testimonio hanc architecturæ partem a Græcis, quos ne nominat quidem, Etrusci non acceperunt; immo vero videntur hi potius Græcis tradidisse.

CXCIX. Satis id quidem erat, ut ostenderem quod proposueram; sed, quoniam laudis hujus partem detrahit Etruscis Le-Royus, ut eam cum Ægyptiis communiceat, id ipsum paucis videamus. Quid enim Græci, qui rem totam melius nosse poterant, quam Le-Royus, muros ad urbium custodiam, cum & ipsi iis uti cœperunt, Thyrreno potius nomine vocaverunt, quam Ægyptio? nam & ab hoc populo, qui propior, quam Etrusci, ipsis erat, discere hoc artificium citius poterant, & huic nomen inde potissimum fieri oportuit, unde ducebat originem. Quæ præterea de causa factum dicemus, ut Scriptores, qui subsequenti fuerunt temporibus, Etruscorum munitiones celebraverint, Ægyptias reticuerint? Quamquam manca videri munitio potuit, nec satis firma, quæ ad portarum tutamen, & reliquos belli usus, arcu careret, & fornice. At Investigator inquit, incognitos Ægyptiis eos fuisse, & a Græcis inventos; utrumque, opinor, non recte. Ego vero benignius in hac controversia agendum mihi esse arbitror, ut & Ægyptiis, & Græcis, & Etruscis arcuum ducendorum peritiam libenter indulgeam; non enim tam difficile excogitatu hanc rem censeo, ut ab ingeniosissimis hisce populis, ipso pene naturæ ductu, inveniri non posset. Sed, quoniam omnia video Græcis tribui a Le-Royo, eos arcuum repertores ab Investigatore prædicari, de Etruscis sileri; si eodem jure, quo multa ipsi affirmant, ego negarem, apud Græcos arcus unquam fuisse, vellemque, ostendi mihi monumentum aliquod, unde id palam fieret, haberentne quod proferrent? Equidem non dubito; protulisse tamen Investigatorem prius oportuit, cum in Græcos hanc laudem, & quidem solos, conferret. Quod si idipsum petatur ab Etruscis, duo statim arcuum monumenta exhibebunt, quæ adhuc supersunt, alterum cloacæ maximæ, Tarquinio Superbo regnante (Tab. II. & III.), alterum, quo lacus Albanus emissus est, Livio teste, anno Urbis conditæ cccclvi. (Tab. XXX.) ambo eodem omnino opere & artificio; ut, cum certum sit, prius illud conditum ab Etruscis fuisse, dubitari de altero, quin Etruscæ rationis sit, nullo modo possit. At posteriora, inquiet, mihi narras monumenta: ita profecto; sed quæ ab natione profecta sunt, quæ moris sui præsertim in rebus gravioribus, & quæ utiles viderentur; maxime retinens fuit; ut proinde satis ostendant, jamdiu hanc artem, & a majoribus acceptam, tenuisse.

(1) Loco superius cit.

ta dal Minutolo ⁽¹⁾ *rustica, e propria delle ville*. Così cred' io: i Toscani cingevano le lor ville con forti mura, perchè non avean cittadi, ed abitavano nelle capanne: può darli cosa più sciocca di questa? Le rovine di queste fortificazioni de' Toscani si veggono tuttavia in Cortona, in Volterra, ed in Alba negli Equi; e quantunque il tempo della lor costruzione sia incerto, nondimeno quelle pietre quadrate, e disposte con perpetuo ed ugual tenore l'una sopra l'altra, danno facilmente a divedere, ch' elleno sono antichissime; essendo della medesima costruzione de' muri delle cloache di Roma, che nessun negherà esser d' opera Etrusca, secondo la testimonianza di Livio, e di Dionigi. E se le mura d'Alba negli Equi, come altrove abbiám detto, non son di pietre quadrate, nè poste a retta linea l'una sopra l'altra, ma di varia figura, e connesse fra loro senz' alcun ordine; non per questo io credo, che non si abbiano a tener per Toscane, come pure le rovine che vi rimangon del tempio; veggendo noi lastricate nello stesso modo le antiche vie, la struttura delle quali i Romani appresero dalle mura de' Toscani. A me piuttosto sembra con Vitruvio, che questa maniera di costruire sia molto più antica, non però più debole dell'altra che in primo luogo abbiám riferita; imperocchè in questa si scorge una certa semplicità propria de' primi tempi, ed in quella un' eleganza, la quale per lo più di lungo tempo, e d' esercizio ha d' uopo, per esser usata ne' lavori. Ma che sto io a parlare di queste cose incerte, quando il Sig. Le Roy non nega che l' arte e l' industria di munir le città è propria de' Toscani? *Se non si può affermare, egli dice, che non abbiano appreso direttamente dagli Egiziani l' arte di costruire le lor forti mura*. Dunque anche secondo la testimonianza del Sig. Le Roy i Toscani non sono debitori di questa parte d' architettura ai Greci, ch' egli nè tampoco nomina; anzi pare, che i Toscani l'abbiano insegnata ai Greci.

CXCIX. Ciò bastavami per quel ch' io m' era assunto di dimostrare; ma siccome il Signor Le Roy toglie ai Toscani una parte di questa lode, per darla agli Egizj, esaminiamo brevemente questo medesimo. E per qual motivo i Greci, che meglio del Sig. Le Roy potean saper come andò la cosa, chiamaron piuttosto con nome Etrusco, che Egiziano, le mura fatte per difesa delle città, quando ancor essi le incominciarono a fare? giacchè più sollecitamente avean potuto apprendere una tal arte da questo popolo, ch' era lor più vicino, che i Toscani, e doverono principalmente denominarla da questo, da cui ella traeva l' origine. Di più per qual causa vogliam noi dire, che gli Scrittori de' successivi tempi celebrarono le fortificazioni degli Etrusci, e non fecero la minima parola dell' Egiziane? Sebbene difettosa, e non molto stabile potè sembrare una fortificazione, che non avea nè arco, nè volta per difesa delle porte, e per gli altri usi della guerra. Ma dice l' Investigatore, che gli archi furono incogniti agli Egiziani, e che sono stati inventati da' Greci; asserzioni l' una e l'altra irragionevoli a mio giudizio. Io poi credo di dover procedere con maggiore indulgenza in questa controversia; talchè concedo volentieri, che e gli Egizj, e i Greci, e i Toscani abbiano avuto ingegno da volger gli archi: non giudicando io ciò cosa sì difficile, che non si potesse inventare da questi ingegnosi popoli quasi per istigazione medesima della natura. Ma poichè veggio, che il Signor Le Roy attribuisce tutto ai Greci, e che l' Investigatore li decanta per inventori degli archi, senza punto parlar de' Toscani; se in quella stessa maniera ch' essi affermano molte cose, io negassi, che i Greci abbiano mai avuti gli archi, e volessi, che me se ne mostrasse qualche monumento per prova, avrebbon eglino che mostrare? Non ne ho certamente dubbio; ma bisognava, che l' Investigatore lo accennasse prima di dare una tal lode ai Greci, e, quel ch' è più, ad essi soli. Ma se lo stesso chiedesi ai Toscani, mostreran subito due monumenti di archi, che per anche sono in essere, l' uno della cloaca massima de' tempi di Tarquinio Superbo (*Tav. II. e III.*), l' altro dell' Emisario del lago Albano, fatto, secondo Livio, l' anno ccclvi. di Roma (*Tav. XXX.*), ambedue della stessissima costruzione e maniera: sicchè, essendo certo, che il primo fu opera de' Toscani, non può esservi dubbio, che il secondo sia di maniera Toscana. Ma, mi dirà, voi mi proponete monumenti de' tempi posteriori: così è: ma monumenti provenienti da una nazione ritenentissima delle sue usanze, specialmente nelle cose di maggior rilievo e riconosciute per le più utili; di modo che bastano a dimostrare, che quest' arte fu da antichissimi tempi professata, ed appresa dagli antenati.

(1) Nel luogo di sopra citato:

CC. *Hæc, quæ hætenus dixi de Tuscanica architectura; eo solum pertinent, ut eandem a criminationibus vindicem potius, quam ut in gratiam ponam apud Le-Royum; fieri enim id a me posse non puto, cum intelligam, ita eum Græcicæ studio abripi, ut, quemadmodum Ceres olim Proserpinam, hanc ille, tantum facibus non accensis, quærat amissam, ut putat, nec consolari dolorem suum possit, quod ejus quidem videat vestigia, ipsam vero nusquam reperiat. Ego vero eam opinabar, cum tantopere se coli videret, nusquam discessuram fuisse; aut, quoniam e foro excessisset, ut ait, in Vitruvii scriptis libris, vel in Italiæ monumentis potissimum delitescere. Non, inquit⁽¹⁾; nam, si nous ne pouvons nous flatter d'être entièrement satisfaits sur les proportions des ordres par les principes que Vitruve nous a donné, devons nous flatter de les trouver dans les ruines des monuments Romains? j'ose encore regarder cette voie comme fort imparfaite. At nonne profitetur Vitruvius, siquidem habenda fides ei est, nihil esse eorum, quæ Græci, Latinique tradiderant ad eam diem de architectura, ejusque generum proportionibus, quod in suos libros non retulerit? Aut igitur arguendus inscitia is est, quod multa non intellexerit, & omiserit; aut negandum, ad eam architecturæ cognitionem, quæ prioribus illis ætatibus percrebuerat, Vitruvianis institutionibus adspirari non posse. Quod si his omnino contenti esse non possumus, quæ Græcorum architectura fuit ante Vitruvium, ut ejus laudibus, quibus tantopere oneratur ab aliquibus, contenti esse velimus? Ut enim humanum corpus, cujus partes recte sibi non respondeant, merito reprehenditur; ita, quæ proportionibus non servaverit, architectura probari non potest. Si vero perfecta post Augustum Principem est, cujus tempore floruit Vitruvius; serius id quidem factum videbitur, quam aliquorum prædicatio de Græcorum artificio & ingenio fortasse postularet.*

CCI. *Cognosci tamen potuit, quæ perfectionis accessio facta illi sit, quoniam scripti libri, si qui fuerant, exciderunt, ex antiquis monumentis, quæ Romæ supersunt; artis enim præstantia ex operibus deprehenditur? At negat hanc viam Le-Royus tutam esse & expeditam ad verum eliciendum; car quoique les Romains ayent pris leur architecture des Grecs, ils n'ont peut-être pas transporté dans leurs monuments toutes les perfections que l'on trouvoit dans ceux des Grecs. Mirum id quidem; quis enim tam habetes dicet Romanos, ut quo artificio Græcorum capitula essent, & spiræ, qua mensura columnæ, qua symmetria reliquæ ædium partes, assequi perpendiculo & linea non possent? Verum cæcutierint quidem Romani: num & Græci laborarunt hoc vitio, quorum nec numerus, nec opera illis temporibus Romæ defuit, ut artis hujus, in qua primas sibi tribuebant, nec munditias, nec elegantias satis agnoscerent? Sensit, opinor, Le-Royus, tutum sibi hoc non esse perfugium; itaque alio statim se convertit: Et quand nous serions assurés qu'ils l'eussent fait, il reste en Italie une si petite quantité de ces monuments par rapport à ceux qui l'ornoient, que les plus précieux nous sont peut-être échappés. Fateor, non multa ex veterum monumentis superesse, si conferantur cum iis, quæ perierunt; pauca vero adhuc exstare, si numerentur, omnino nego. Vellem, ea vidisset Le-Royus; potuit certe, cum Romæ fuit & in Italia: non quereretur profecto amissa, quæ essent omnium optima, præsertim ex his operibus, in quibus aliud alio magis affabre elaboratum esse potuit, aut etiam ornatius; architecturæ vero disciplina intra præscriptorum generum cancellos unum fere quodlibet, & idem fuit. Tamen ut hæc pauca esse ostendat, & inelegantia, provocat nos ad eorum examen: que l'on examine sans prevention ce qui nous reste dans les monuments Romains sur l'ordre Dorique, on n'y trouvera qu'un exemple, encore cet exemple que l'on voit aut theatre de Marcellus, est-il condamné par Vitruve à cause de ses denticules qui sont dans la corniche. Unumne, an plura exstent Dorici generis monumenta, quid refert, si præter genus nihil afferant novi? Unum Romæ est; plura Le-Royus attulit e Græcia: provoco & ego ad eorum examen, & quidem partium studio prorsus amoto: omnia in singulis eadem reperientur. Quid igitur attinuit, cum de perfectionibus gene-*

(1) Disc. de nat. princ. archit. civil.

CC. Tutto il fin qui detto intorno all' architettura Toscana, tende soltanto a redimerla dalle imputazioni che se le danno, piuttosto che a porla in grazia del Signor Le Roy; imperocchè credo di non aver forza bastante a farlo; osservando, ch' egli è così partigian della Greca, che, come Cerere un tempo cercò Proserpina, così egli, alla riserva di non aver accese le faci, va cercando una tal sorta d'architettura, che suppone perduta; nè può mitigare il suo dolore per vederne le vestigie, non ritrovandola in verun luogo. Io poi mi lusingava, che, vedendosi ella cotanto onorata, non se ne fosse dovuta fuggire in luogo alcuno; o, giacchè se n'era andata, si fosse specialmente nascosa ne' libri di Vitruvio, o ne' monumenti d' Italia. No, dic' egli ⁽¹⁾; imperocchè, *se non possiamo lusingarci d'esser appieno soddisfatti delle proporzioni degli ordini secondo i principj datcene da Vitruvio, dobbiam noi forse lusingarci di trovarle nelle rovine de' monumenti Romani? ardisco riguardare anche questa via come molto imperfetta.* Ma non professa Vitruvio, se pur gli si dee prestar fede, che nulla v'era di quanto fino a quel giorno i Greci, ed i Latini avevano insegnato intorno all' architettura, ed alle proporzioni delle di lei maniere, ch' egli non avesse riportato ne' suoi libri? Laonde o debb' esser tacciato d' ignoranza, per non aver intese, e per aver tralasciate molte cose; o deesi negare, che colle istituzioni Vitruviane aspirar non si possa a conoscer l'architettura fino a quel segno, a cui ell'era cresciuta in que' primi tempi. Che se queste totalmente soddisfar non ci possono, qual fu mai l'architettura prima de' tempi di Vitruvio, che abbiamo a stare alle tante lodi, di cui da taluno vien ricolmata? Imperocchè siccome meritamente si biasima il corpo umano, le cui parti ben acconciamente fra loro non corrispondono, così non può approvarsi l'architettura, qualora non conservi le sue proporzioni. Se poi ella è stata perfezionata dopo i tempi d' Augusto, ne' quali fiorì Vitruvio, sembra certamente, che ciò sia avvenuto più tardi di quel che forse richiederebbero gli encomj dati da alcuni alle operazioni ed all' ingegno de' Greci.

CCI. Per altro, quantunque ne sieno periti gli scritti, se pur ve n'erano, nientedimeno dai monumenti, che rimangono in Roma, si potè riconoscere, quanto sia cresciuta la perfezione della medesima; giacchè dalle opere si comprende l' eccellenza dell' arte? Ma il Sig. Le Roy dice, che questa non è la via spedita e sicura per rintracciare il vero; *imperocchè, quantunque i Romani abbian presa la loro architettura dai Greci, forse non han trasportato ne' lor monumenti tutte le perfezioni, che si ritrovavano in quei de' Greci.* Questa veramente è cosa mirabile; poichè chi mai dirà, essere stati i Romani sì sciocchi, che coll' archipenzolo, e colla riga non fossero capaci d' apprendere, com' eran fatti i capitelli, e le basi de' Greci, di che misura fosser le colonne, e con qual simmetria disposte le altre parti degli edifizj? Ma sieno stati pur ciechi i Romani: ebbero forse questo difetto anche i Greci, che a que' tempi non mancarono a Roma nè di numero, nè d'ajuto; talchè nè tampoco quei che s'attribuivano la maggioranza in questa professione, ne conoscessero abbastanza la pulizia, e la graziosità? S'accorse, per quel che io credo, il Sig. Le Roy, che questo suo rifugio non era sicuro; e perciò si rivolge ad altro ripiego: *E quando anche fossimo sicuri, che l' avessero fatto, rimane in Italia una sì picciola quantità di questi monumenti, in paragone di quei che l' adornavano, che i più preziosi forse ci son mancati.* Confesso, non esser molti i monumenti antichi che restano, in paragone di quei che son periti; ma nego assolutamente, che sian pochi di numero quei che tuttavia ne rimangono. Vorrei, che il Signor Le Roy gli avesse veduti; e certamente potè vederli, allor che fu in Roma, e nell' Italia: son certo, che non si lagnerebbe della perdita di quei ch' erano i migliori di tutti, specialmente di quelle opere, nelle quali poteron esser cose l'una lavorata con più maestria dell' altra; ma l' arte dell' architettura fra i limiti delle maniere stabilite fu quasi una medesima cosa. Nondimeno, per far vedere, che questi eran pochi, e rozzi, ci sfida ad esaminarli: *Si esami senza prevenzione ciò che ci resta fra i monumenti Romani dell' ordine Dorico, non ve se ne troverà, che un esempio; e quest' esempio che si vede nel teatro di Marcello, è condannato da Vitruvio a cagion de' suoi dentelli, che sono nella cornice.* O ci rimanga uno, o più monumenti della maniera Dorica, che importa, quando questi, oltre la lor maniera, nulla abbian di nuovo? Uno n' è in Roma; più ne ha portati il Signor Le Roy dalla Grecia: lo sfido ancor io ad esaminarli, ma senza prevenzione; in tutti si troveranno le stesse cose. Che importava dunque, allor ch' egli cercava le perfezioni degli

(1) Disc. su la nat. de' princ. dell' archit. civile.

generum quæreret, unum esse Romæ dicere in theatro Marcelli, mole tamen ipsa & gravitate cæteris e Græcia delatis præstabilius? Quamquam nescio, qua de causa dans les monuments Romains Dorici generis, de quibus examen instituit, Pæstanum, quod in Lucania est, non recensuerit; puto enim, pari jure, aut fortasse potiori tribui Romanis hoc posse, quam Græcis, quod ab eo factum video, Polanum in Istria. In ea æde, quæ magna sui parte adhuc superest in Italia, ac proinde in ea sarcienda minus impendisset laboris, quam sumpserit in Græcanicis, vidisset profecto, & certe etiam vidit quidpiam, quod ipsum monuit, ut, quæ columnarum origo esset, conjiceret; animadvertit enim, quod non viderat in Græcia, quasdam ex his in media hujus ædis cella trabem tantummodo sustentantes. Ego vero, quod de arcibus dixi, id mihi iterandum hoc loco censeo, altius earum originem esse repetendam; cum enim, ad vitæ usum, fulciendum aliquid fuit, & sustentandum, ne rueret, quid negotii fuit hominibus, natura ipsa suadente, fulcris primum ligneis uti, deinde cementitiis, luxu demum accedente, marmoreis? Sed hæc obiter; ne videar, diverticula quærendo, Le-Royi accusationem in monumentum e Marcelli theatro petiit velle subterfugere. Ait, damnari a Vitruvio, quod in eo denticuli sub coronide collocati perperam sint. Fateor, vitiosum id esse, & contra veritatis rationem; nam, cum denticuli frontes asserum sint templis impositorum in tecto ad tegulas imbricesque sustentandos, quam vere prodire hi possunt infra coronidem, cum superiorem ei locum obtineant? Antequam tamen respondeo, meminerit Le-Royus, a quibus Romanos adfirmaverit architecturam accepisse, a Græcis nimirum; ita enim scripsit: Quoique les Romains ayent pris leur architecture des Grecs. Quid igitur ei venit in mentem objicere Romanis, quod Græcorum vitium est? Non longe abibo, nec rudera afferam incognita nescio quæ, & incertæ fidei, sed quæ Le-Royus ipse vidit apud Græcos, & in suo volumine edidit.

CCII. Inter præcipua Græcorum monumentorum vestigia numerantur ab eo ædicula quædam sane perexigua, quam Laternam Demosthenis nuncupant (Tab. XX. num. 4.), aliud item ædificium templo Erecthei adjunctum, veluti porticus, quam Caryatides sustentant (Tab. XX. num. 3. & 6.). In utroque hoc opere, quod antiquius Augusto Cæsare est, & theatro Marcelli, denticuli subjiciuntur coronidi (ut videre est in eadem Tabula num. 4. & 6.). Idem factum animadvertimus Athenis in arcu Hadriani, quo Principe, ait Le-Royus, Græcorum architecturam maxime viguisse. Fuit itaque hæc apud Græcos licentia non primis tantum temporibus, sed posterioribus etiam, & quidem optimis; neque vero interest, in Dorico ne genere, an in Corinthio usurpata ea sit; quod enim contra veritatem est, siquidem hanc sequitur architectura, generis discrimine excusari non potest. Quid igitur causæ est, cur, cum idem utrorumque sit crimen, Romani culpentur, Græci ne appellentur quidem, a quibus illi, tanquam a malis præceptoribus, peccare didicerunt? Quod si Vitruvius priora duo ex adlatis e Græcia monumentis non nominat, neque enim fortasse noverat, quemadmodum multa Romæ non vidit Le-Royus, licet in propatulo posita; tamen ubinam in suo opere meminit de theatro Marcelli? Ponit tantum, & quidem generatim, quod vitiosum putat in denticulorum conlocatione; sic enim ait⁽¹⁾: Quemadmodum mutuli cantheriorum projecturæ ferunt imaginem, sic denticuli ex projecturis asserum habent imitationem. Itaque in Græcis operibus nemo sub mutulo denticulos constituit; non enim possunt subtus cantherios asseres esse: quod ergo supra cantherios, & templa in veritate debet esse conlocatum, id in imaginibus si infra constitutum fuerit, mendosam habebit operis rationem. Hoc Vitruvii judicium æque contra Romanos facit, ac Græcos; ut mirum videatur, Le-Royum, cui hoc utriusque populi vitium ignotum esse non poterat, id objecisse ex Vitruvio Romanis, quod in Græcos turpius recideret.

CCIII. Quamquam miror etiam magis; Vitruvii auctoritate eum uti voluisse, quem ita traducit, ac negligit, ut illius me fortunæ misereat; de tali enim viro,

(1) Lib. 4. cap. 2.

degli ordini, il dire, che in Roma ve n'è un solo nel teatro di Marcello; il quale tutta volta per la sua mole e gravità, sopravanza quanti altri monumenti sono stati portati di Grecia? Benchè per altro non so, per qual cagione *fra' monumenti Romani* di maniera Dorica, ch'egli ha proposto d'esaminare, non abbia compreso quello di Pesto nella Lucania; credendo io, esservi uguale, o forse maggior ragione d'attribuir questo ai Romani, che a' Greci quello di Pola in Istria, com'egli ha fatto. In questo tempio d'Italia, che rimanendo in gran parte per anche in essere, meno gli sarebbe costato di fatica nel rifarcirlo, di quella che ha impiegato in quei della Grecia, avrebbe senz'altro veduto, e certamente egli vide ancora un non so che, che avvertillo a congetturar qual fosse l'origine delle colonne; avendo osservato alcune colonne disposte in mezzo al tempio, non per altro, che per sostegno d'una trave; il che nella Grecia non avea veduto. Tuttavolta credo di dover qui ripetere ciò che ho detto in quanto agli archi; cioè esser più antica l'origine delle medesime: imperocchè quando, per comodo della vita, fu d'uopo il sostentare, e tener su qualche cosa, acciocchè non rovinasse, qual difficoltà ebbero gli uomini, suggerendolo la natura medesima, d'usar prima puntelli di legno, poscia di cementi, ed alla fine, essendo sopravvenuto il lusso, ancor di marmo? Ma ciò detto sia di passaggio, acciocchè non paj, ch'io voglia sottrarmi colle digressioni dal rispondere all'accusa data dal Signor Le Roy al monumento defunto dal teatro di Marcello. Dice, che Vitruvio condanna il vedersi i dentelli malamente posti sotto il gocciolatojo. Confesso, esser ciò una cosa difettosa, e contraria al vero; imperocchè essendo i dentelli l'estremità degli asseri, che si sovrapppongono nel tetto per sostegno degli embrici e delle tegole; con qual verità possono eglino ufcir di sotto al gocciolatojo, quando il sito loro è di sopra? Ma prima che io risponda, si ricorderà il Sig. Le Roy, da chi egli ha detto che i Romani han presa l'architettura, vale a dire da' Greci; avendo egli così scritto: *Benchè i Romani abbian presa la loro architettura da' Greci.* Or come gli è venuto in mente d'obbiettare ai Romani un vizio, ch'è proprio de' Greci? Non mi dilungherò, nè addurrò non so quali rovine sconosciute, e di dubbia fede; ma quelle medesime che il Signor Le Roy ha vedute in Grecia, e descritte nel suo volume.

CCII. *Fra le rovine de' più bei monumenti della Grecia* da lui si annoverano un tempietto ben picciolo, chiamato la Lanterna di Demostene (*Tavola XX. num. 4.*), ed anche un altro edificio contiguo al tempio d'Eretteo, fatto a guisa di portico, sostenuto da Cariatidi (*Tavola XX. num. 3. e 6.*). In ambedue queste opere, senza dubbio più antiche di Cesare Augusto, e del teatro di Marcello, si veggono i dentelli posti sotto il gocciolatojo (come dimostrasi nella *stessa Tavola ai numeri 4. e 5.*). Lo stesso veggiamo essere stato fatto in Atene nell'arco d'Adriano, sotto il cui imperio, dice il Signor Le Roy, esser più che mai fiorita l'architettura. Usarono dunque i Greci questa licenza non solo ne' primi tempi, ma anche ne' successivi, e ne' migliori: e non importa, se ella sia stata usata nella maniera Dorica, o se nella Corintia; imperocchè tutto ciò ch'è contrario alla verità, poichè ad essa s'appoggia l'architettura, scusar non si può colla differenza della maniera. Or perchè dunque, essendo l'errore comune agli uni ed agli altri, se ne incolpano i Romani; e nè tampoco si nominano i Greci, da' quali i Romani, come da cattivi maestri, appresero l'errore? Che se Vitruvio non fa menzione de' predetti due monumenti della Grecia, perchè forse non ne avea notizia, in quella guisa che il Signor Le Roy non ha veduto molti di quei di Roma, benchè esposti alla pubblica vista, contuttociò ove quel che stima difettoso in riguardo all'affestamento de' dentelli, così dicendo: *Siccome i mutuli son figura degli sporgimenti de' cantieri; così i dentelli imitano gli sporgimenti degli asseri. E perciò nelle opere Greche niuno pone i dentelli sotto il mutulo; imperocchè gli asseri non possono esser sotto i cantieri. Laonde ciò che in verità dee collocar sopra i cantieri, e i tempiali, se in figura sarà posto al disotto, sarà riputata opera viziosa.* Questo giudizio di Vitruvio fa contro ai Romani non meno, che ai Greci; di modo che sembra cosa da maravigliarsi, che il Sig. Le Roy, il quale non poteva ignorare questo vizio dell'una, e dell'altra nazione, abbia rinfacciato, con Vitruvio, ai Romani quel che più vergognosamente veniva a ricadere contra i Greci.

CCIII. Benchè per altro vie più mi maraviglio, ch'egli siasi voluto servire dell'autorità di Vitruvio, cui insi fatta maniera sbeffeggia, e vilipende, che la di lui avventura mi fa pietà; parlando egli d'un tal

uomo,

(1) Nel lib. 4. al cap. 2.

viro, qui nisi fuisset, multa, ut leviter dicam, de veterum architectura ignorarem, & a quo non pauca didicisse Le-Royum ipsum, puto, ita loquitur, ac si ad architecturam cognoscendam, ejusque generum proportionibus, & ad eligendum, quod optimum esset in singulis, mentis illi acies, & satis acre judicium defuerit. Solari tamen hominem arbitror, quod non ita recentiorum tam multi senserint, sane hujus artis scientes, nec in comparatione contemnendi; quorum si eadem ac Le-Royi fuisset de eo sententia, ac proinde in ejus libris multoties exscribendis amanuensium non desudasset industria, ad nos hi non facile pervenissent; quam quidem temporum injuriam passa sunt volumina ex optimis multa, ex malis vero nulla propemodum evaserunt. Sed casu Vitruvius emerferit ex aliorum naufragio. Si manifeste peccaret, & quæ præcipit, parum inter se, aut cum proposito sibi fine cohererent; nemo recusaret, quin dimitteretur e manibus. Verum, si levia in eo menda sunt, quod tamen non adsero, multa vero scitu digna, & ad architecturæ cognitionem utilia; æquitatis est, aliquam ejus haberi rationem, non solum humanitatis: quotus enim liber est, in quo aliqua reprehendi non possint? Ego de meo hoc opusculo fateor: de suo viderit Le-Royus; nam, quod de hominibus ait Horatius, id in libros etiam scriptos cadere fortasse potest non immerito⁽¹⁾: Vitiis nemo sine nascitur: optimus ille est, qui minimis urgetur. Demus enim, non esse Vitruvium: a quo architecturam discemus? Nulli veterum præterea supersunt, qui eam doceant. Ex Romanorumne monumentis? Pauca sunt, & inepta, Le-Royi judicio. Ex Græcis igitur: at les monuments des Grecs sont dans le même cas que ceux des Romains: la plus grande partie ont été détruits, & on ne fait plus seulement le lieu où ils étoient situés; mais il en subsiste cependant plusieurs très-magnifiques de tous les ordres. Retulit horum schemata in suum volumen; quorum tamen nonnulla ejusmodi sunt, ut mihi quidem, si ingenue fatendum est, locus nescio quis appareat, monumentum vero, quod illi inscribitur, prorsus non videam. Inspiciantur tamen omnia; intelligetur enim, utrum ea sint, quæ jactantur, aut cum Romanis comparanda. Superest, ut, quoniam aliunde non possumus, ab iis saltem architecturam doceamur, qui sæculo xv. colapsam restituerunt. At hi magni sane homines, & merito prædicandi, a quo instituti in ea sunt? Ab eodem, a quo etiam Le-Royus, nempe a Vitruvio. Hos igitur audiamus. Non, inquit subiratus: La connoissance des monuments des Grecs que ces auteurs n'avoient pas, nous offre une nouvelle maniere de nous déterminer: devons nous les imiter servilement? Il y auroit de la partialité à le prétendre. In re tam dubia quid fieri potius debeat, ipse nobis ostendit: Il paroît, que ce que l'on peut faire de mieux sur cette matière, est de régarder tous les fragments des monuments antiques que l'on peut recueillir dans la Grece; tous ceux que l'on peut trouver dans l'Asie mineure, ou dans la Syrie, ainsi que ceux qui restent encore à Rome; les préceptes de Vitruve sur les proportions des ordres; & enfin les sentiments des plus célèbres architectes sur ces proportions, comme autant d'éléments, qui peuvent servir à composer les meilleurs ordres possibles d'après toutes ces données. Optime; sed quinam erunt, qui id exequi studeant? Tempus deerit aliquibus; non paucis pecunia in sumptus; plurimis, opinor, etiam voluntas. Post hoc autem examen, si quidem instituat, cum alius aliud probabit, damnabitque, ut fit inter homines præsertim ingeniosos; quid certi in architectura esse poterit? Adeo hujus artis consultis inter se non conveniet, ut putem, nec ea omnia, quæ scribit Le-Royus, omnes probaturos. Periculum faciamus. Romanorum monumenta despicit, extollit Græcanica. Censetne, unam hanc omnium futuram sententiam? Opinari potius contra non paucos, intelligo; quod ostendam paullo post. Ait de Vitruvio: Ils nous dit biens dans la préface de son septième livre, qu'il avoit tiré la plupart de ses principes des auteurs Grecs, qui avoient écrit sur l'architecture; mais il auroit fallu qu'il eût eu une parfaite connoissance des édifices mêmes, & qu'il les eût dessinés, & mesurés avec la plus grande attention; ce qu'il n'a point fait. Probabuntne id omnes, quibus architectis esse non licebit, nisi ædificia dimensi per se ipsi fuerint, & descriperint? At id Græci jam præstiterant, a quibus generum, & ædium proportionibus Vitruvius accepisse se narrat. Unde autem scit Le-Royus, eum circi-

(1) Lib. 1. Satyr. 3.

uomo, il quale se non vi fosse stato, ignoreremmo pur, per dir poco, tante cose intorno all'architettura degli antichi, e da cui molte cose suppongo aver apprese il Signor Le Roy medesimo, nè parla in tal guisa, come se, per conoscere l'architettura, e le proporzioni delle maniere d'essa, e per elegger fra queste il meglio, non abbia avuto nè ingegno, nè fino discernimento. Ma spero, che rincorerassi quest'uomo al vedere, che non sono del medesimo sentimento tanti moderni, certamente intendenti d'una tal professione, e non ispregiabili al paragone; il cui parere se fosse stato lo stesso, che quello del Signor Le Roy, e se non si fossero poi affaticati i copisti in iscrivere e riscrivere i di lui libri, difficilmente questi ci farebbero giunti; la qual ingiuria de' tempi han sofferta molti de' migliori volumi, e de' cattivi niuno quasi n'è andato esente. Ma sia pur Vitruvio scampato a caso dal naufragio degli altri. Se manifestamente egli errasse, e le cose, che prescrive, avessero poca coerenza fra loro, o col fine che si è proposto, ognun converrebbe di lasciarlo da parte. Se poi i difetti, che vi si trovano, son lievi, il che però io non asserisco, e se all'incontro vi son molte cose degne d'esser sapute, ed utili all'architettura, ella è equità, non che convenienza, di tenerlo in qualche conto: imperocchè qual è quel libro, che non sia riprensibile di qualche cosa? Io di questa mia operetta non lo nego: il Sig. Le Roy pensi alla sua; potendosi forse non irragionevolmente adattare ai libri quel che Orazio dice degli uomini ⁽¹⁾: *Niuno nasce senza difetti: ottimo è colui, che ne ha meno degli altri.* Ma supponiamo, che non vi sia Vitruvio: da chi apprenderemo l'architettura? Degli antichi non v'è alcun altro, che ce la insegni. Forse dai monumenti Romani? Questi, secondo il giudizio del Sig. Le Roy, sono pochi ed inetti. Dunque dai Greci: ma *i monumenti de' Greci sono nel medesimo caso di quei de' Romani: per la maggior parte sono stati distrutti, e nè tampoco si sa più il luogo, ov' eran situati; ma nondimeno ne sussistono de' magnificentissimi di tutti gli ordini.* Ne ha riportati nel suo volume i disegni, alcuni de' quali per altro son tali, che, a parlar con candidezza, a me sembra ben di vedere la campagna, ma non vi so vedere il monumento, che le si attribuisce. Si osservin pur tutti, e si vedrà, se son quei che si decantano, o da porsi in paragone co' Romani. Altro non rimane, giacchè non possiamo apprendere l'architettura per altro verso, se non che la impariamo almeno da quei che nel secolo xv. la tornarono in essere. Ma questi uomini veramente grandi, e degni d'esser celebrati, da chi l'hanno appresa? Dall'autor medesimo, da cui l'ha imparata il Sig. Le Roy, cioè a dir da Vitruvio. Dunque sentiamo costoro. No, dice con qual che alterazione il Signor Le Roy: *La cognizione de' monumenti de' Greci, che questi autori non aveano, ci offre una nuova maniera di risolverci: dobbiam noi imitarli servilmente? sarebbe parzialità il pretenderlo.* Ciò che debba farsi in un frangente così dubbioso, ce lo dimostra egli stesso: *Sembra, che quel che si può far di meglio in questa materia, sia d'osservare tutt' i frammenti de' monumenti antichi, che si posson raccorre in Grecia; tutti quei, che si posson trovare nell'Asia minore, o nella Siria, come pure quei che per anche rimangono in Roma; i precetti di Vitruvio circa le proporzioni degli ordini; e finalmente i pareri de' più celebri architetti sopra tali proporzioni, come altrettanti elementi, che posson servire a comporre i migliori ordini possibili dopo tutti questi proposti.* Benissimo; ma chi faran mai coloro, che vorran prenderli questa briga? Ad alcuni mancherà il tempo; a molti il danajo per le spese, e ai più la volontà ancora, per quel che io credo. E poi, dopo quest' esame, quando anche facciasi, approvando, e riprovando chi una cosa fa, e chi l'altra, come appunto accader suole fra gli uomini particolarmente di spirito; che cosa mai potrà trovarsi di certo nell'architettura? Converranno sì poco fra loro i professori di quest' arte, che io son di sentimento, che neppur ammetteranno quel che scrive il Sig. Le Roy. Facciamne la prova. Egli disprezza i monumenti Romani, ed innalza quei della Grecia. Crede forse, che ognuno farà per esser dello stesso parere? Sento, che molti pensan piuttosto al contrario, come dimostrerò più sotto. Dice di Vitruvio: *Ci dice ben egli nella prefazione del suo settimo libro d'aver estratto la maggior parte de' suoi principj da autori Greci, i quali aveano scritto di architettura; ma sarebbe stato d'uopo, ch' egli avesse avuto una perfetta cognizione anche degli edifizj, e che gli avesse disegnati e misurati colla maggiore attenzione, il che non ha fatto.* Approveranno mai ciò tutti al sentire di non poter esser architetti, se non avran misurato e descritto gli edifizj da per se stessi? Ma questo già era stato fatto dai Greci, da' quali narra Vitruvio d'aver egli imparate le proporzioni delle maniere e de' templi. Donde poi ha notizia il Signor Le Roy, che non

(1) Nel lib. 1. alla Satira 3.

circino, & linea, & hæmatite usum non esse, præsertim cum schemata intercederint eorum quæ tradiderat, & quæ ad operis sui calcem adjecerat? Quid vero dicent, cum audient, les principes que Vitruve nous donne sur les ordres ne doivent pas nous suffire, parceque quand on supposeroit qu'il eût eu un jugement exquis & capable de faire le meilleur choix entre les différentes proportions des ordres, ou de partie d'ordre qu'eût été possible de connoître de son tems, il n'auroit pas pu le faire, parce qu'il ne les a pas connus parfaitement? Nam, si, Le-Royi concessu, finxerimus, magno ingenio fuisse Vitruvium, & ad optimas generum, quæ tum erant, proportionones eligendas idoneo; quam recte adfirmabimus, hanc nihilominus ab eo electionem fieri non potuisse? Proportionones, inquit, generum perfecte non norat. At quas Greci ad eam diem tradiderant, calluit quam qui maxime; nihil enim ipsi defuit, quominus eas penitus nosset. Itaque qui proportionones vituperat, quas ille retulit in suos libros, is non Vitruvium improbat, sed Græcorum, quæ tum erat, architecturam. Verum si proportionones non novit Vitruvius, quæ tamquam nervi quidam sunt, quibus ea continetur, sequi oporteret Le-Royi judicio, ut rejiciendus videretur: at hic inter elementa potius, quibus coalescere novum quoddam cupit, & mirificum architecturæ genus, numerat præcepta, quæ de iisdem proportionibus edidit Vitruvius. Hæc non parum sibi fortasse coherentia putabunt architecti, quos de hac arte instauranda perficiendaque tam sollicitè admonet. Sed missa hæc facio; quoniam, quam commode sensuri hi sint de iis, quæ hæcenus diximus, divinare non possum: ad denticulorum potius causam revertar, in qua æquo me disceptatore certe utetur. Constituat itaque Le-Royus, quam velit auctoritatem esse Vitruvii: si nullam esse arbitrabitur, aut parvi faciendam, omnem deponent metum denticuli tam Latini, quam Græci; sin vero magnam, utrique, opinor, damnabuntur, & quod omittendum non est, triglyphi etiam in genere Dorico, quos reprehendit Vitruvius, Le-Royus tamen non memorat. Ego unam eandemque denticulorum, de quibus agimus, esse causam censeo. Meditetur igitur, quid respondeat Le-Royus; quod enim pro Græcis attulerit, id a me dictum putet pro Latinis.

CCIV. Quoniam vero de Dorico Græcorum genere agimus, ne quid in eo prætermisum queratur Le-Royus, quod parum animadversum sit a Romanis, ea quæ scriptor hic refert de columnis hujus generis, quas vidit in Græcia, earumque mensuris, breviter dicam. Ac varia quidem altitudine eas esse, & fortasse humiliori, quam putarem, facile agnoscent, qui ejus scripta perlegerint; nam quæ in templo Thorici spectantur in Attica, minores, ut ipse scribit, quinque modulis sunt (Tab. XXXI. fig. II.); quæ in insula Delo inter rudera ædis Apollinis, sex modulorum mensuram non æquant (eadem Tabula, fig. III.). Nova vero earum forma est, nec tacite prætereunda; striatæ enim cum sint, ita amiciuntur panno veluti quodam, ut strias quidem paullulum ostendant infra hypotrachelium, & supra imum scapum, reliquo vero corpore tanquam sacco videantur insutæ, modo non absimili, quo Romæ videmus per æstatem rusticos crassiori tectos indusio fœnum ex arcis urbanis comportantes in fœnilia (Tab. XX. num. 5. & Tab. XXXI. fig. II.). Quid sibi Græcus hic artifex voluerit, mysterium ne spectaverit aliquod, an meram novandi licentiam, quæ sæpe ad inepta ducit & exotica, prorsus nescio; puto tamen, hujusmodi inventum nec speciem, nec dignitatem apud Le-Royum ipsum, & elegantes viros habiturum: si qua vero Græcanicæ architecturæ perfectio hæc est, fatendum ingenue erit, eam ignoratam a Romanis fuisse, nec inventam in Latium. Idem columnas omnium brevissimas in ruinis templi Dorici testatur se Corinthi vidisse; nam, ut ait, elles n'ont pas quatre diamètres de hauteur. (Tab. XXXI. fig. I.). Contra, quæ Athenis in æde Minervæ sunt, & Thesei, sex modulis constant; septem vero, quæ ibidem in templo Augusti (Tab. XXXI. fig. IV.). Hanc columnarum altitudinem non satis probat Le-Royus, quamvis ea nitatur auctoritate Vitruvii; timet enim, opinor, ne Græcanica illa mensuræ brevitatis reprehendatur. Et vero, si virilem habitum, & firmita-

93.
 fapelle tenere in mano il compasso, la riga, e la matita; molto più che son periti i disegni delle cose, che egli aveva insegnate, e che aveva apposto appiè della sua opera? Che diranno poi eglino, allor che udiranno, che i principj datici da Vitruvio intorno agli ordini, non ci debbon bastare; imperocchè, supponendosi, che avesse avuto un discernimento squisito, e capace di far la migliore scelta tra le differenti proporzioni degli ordini, e di parte d'ordine, quali fosse stato possibile di conoscere a' suoi tempi, non avrebbe potuto farlo, perchè non gli ha conosciuti perfettamente? In fatti, se, come accorda il Sig. Le Roy, supporremo, che Vitruvio sia stato uomo di gran talento, e capace d' eleggere le migliori proporzioni degli ordini, che allor v'erano; con quanta ragione asserir noi potremo, non aver potuto egli, con tutto questo, far tale scelta? Non conosceva, dic'egli, appieno le proporzioni degli ordini. Ma conosceva per altro più di chicchessia quelle ch'erano state fin allora insegnate dai Greci; giacchè nulla gli mancò per una piena cognizione delle medesime. Per la qual cosa chi biasima le proporzioni da lui riportate ne' suoi libri, non disapprova altrimenti Vitruvio, ma l'architettura de' Greci di quel tempo. Se poi Vitruvio non seppe le proporzioni, che sono come certi nervi, i quali sostengono l'architettura, ne verrebbe necessariamente in conseguenza, a giudizio del Sig. Le Roy, che doves'esser rigettato: ma questi all'incontro ripone i precetti, che ci ha dati Vitruvio intorno alle medesime proporzioni, fra gli elementi, co' quali vorrebbe che si formasse una nuova e maravigliosa spezie d'architettura. Non giudicheran peravventura esser queste cose poco coerenti fra loro gli architetti da lui tanto sollecitati a stabilire e perfezionar quest'arte. Ma pongo da parte tali cose; non potendo io indovinare quanto favorevole sia per essere il costoro sentimento intorno al fin qui detto: ritornerò piuttosto a trattar la causa de' dentelli, in cui egli mi sperimenterà contradditor ben discreto. Elegga per tanto il Signor Le Roy, qual vuol che sia l'autorità di Vitruvio: se giudicherà, che far se ne debba poco, o niun conto, non avran più di che temere i dentelli sì Latini, che Greci; se poi v'orrà, ch'abbia gran peso, gli uni e gli altri faranno a parer mio condannati; nè deesi ommettere, che lo faranno eziandio i triglifi nella maniera Dorica, riprovati da Vitruvio, e dal Signor Le Roy neppur nominati. Io per me credo, esser la stessa la causa de' dentelli, di cui trattiamo. E perciò vegga il Signor Le Roy cosa rispondere; poichè quanto egli addurrà a favor de' Greci, si figuri, che da me sia detto a favor de' Latini.

CCIV. Ma giacchè trattiamo della maniera Dorica de' Greci, acciocchè il Signor Le Roy non abbia a lagnarfi, che in essa abbiamo tralasciata qualcuna di quelle cose, che sono state poco attese dai Romani, dirò brevemente ciò, che questo scrittore riferisce intorno alle colonne di questa medesima spezie d'architettura, da lui vedute in Grecia, ed intorno alle loro misure. Or ch'esse fossero di più altezze, e talora più basse di quel che fossimo per immaginarci, facilmente potrà ravvisarlo chi leggerà i di lui scritti; essendo quelle del tempio di Toricio nell'Attica, per quel ch'egli scrive, minori di cinque moduli (Tav. XXXI. fig. II.); quelle che sono nell'isola di Delo fra le rovine del tempio d'Apollo, non arrivano alla misura di sei moduli (detta Tavola, fig. III.). La lor forma poi è veramente nuova, e degna di non esser taciuta; imperocchè, essendo striate, sono altresì vestite come d'un certo panno per sì fatta maniera, che lascian veder soltanto un pochetto di strie in cima, e da' piedi, e col rimanente del lor corpo sembrano essere come infaccate, in quella guisa appunto che veggiamo in Roma l'estate i contadini coperti d'un grossolano camicione andar riponendo il fieno dalle aje della città ne' fenili (Tavola XX. num. 5. e Tavola XXXI. fig. II.). Che cosa abbia inteso di far questo Greco artefice, s'egli abbia avuto in vista un qualche misterio, o sia stato un puro suo capriccio di far cose nuove, che spesso ne conduce alle inezie, ed alle stravaganze, non saprei dirlo; credo bene, che nè lo stesso Sig. Le Roy, nè qualsivoglia altra persona di buon gusto terrà una tale invenzione per una bella cosa. Se poi questa è una delle perfezioni dell'architettura Greca, deesi ingenuamente confessare, che non fu mai appresa dai Romani, nè mai portata nel Lazio. Il medesimo attesta d'aver veduto in Corinto fra le rovine d'un tempio Dorico certe colonne, che son più basse di tutte le altre; giacchè, com'egli dice, non hanno quattro diametri d'altezza (Tav. XXXI. fig. I.). All'incontro quelle che rimangono in Atene nel tempio di Minerva, e di Tesèo, son di sei moduli, e di sette quelle che vi rimangono nel tempio d'Augusto (Tavola XXXI. figura IV.). Quest'altezza di colonne, benchè autorizzata da Vitruvio, non è totalmente approvata dal Signor Le Roy; perchè teme, cred'io, che non venga ripresa la troppa cortezza delle Greche. Ed in fatti, se le colonne Doriche rappre-

